DE GORGONE

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

DE GORGONE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI GISBERTI DE HOOP SCHEFFER

Theol. Doct. et in Fac. Theol. Prof. Ord.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

nobilissimae Facultatis Philosophiae Theoreticae et Literarum humaniorum decreto

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN LITERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

JANUS SIX

AMSTELODAMENSIS

die XIII mensis Martii anni MDCCCLXXXV hora III p. m. in Academia

AMSTELODAMI
DE ROEVER KRÖBER-BAKELS
MDCCCLXXXV

PARENTIBUS OPTIMIS CARISSIMIS

Academicis studiis iam paene absolutis, restat ut debitas gratias iis persolvam qui me ad studia illa instruxerunt aut per decem hos annos ad bonas artes viam monstrarunt.

Ante omnes mihi tamen tu, Pater, memorandus es, cui omne siquid unquam ero referam, tuum enim est. Ingenium tuum et eruditionem laudare non meum est officium, sed eum amorem quo me semper dilexisti, eam gratiam qua omni hora paratus fuisti ad quaestiones meas inquirendas, ad dubitationes solvendas, tacere non possum. Ad haecce praesertim studia me saepe quotidianis fere sermonibus de nummorum origine aetateque ita instituisti ut haud raro utrum quae excogitaveramus mea an tua essent nescirem. — Qua re factum est ut mihi de Gorgonum aetate me raro aliorum sententiis usum esse profitenti eadem accidit negligentia quae de Bithyna lectica Catullo, cuius excusatione utar:

Verum, utrum illius an mei, quid ad me?
Utor tam bene quam mihi pararem. —

Manserunt tamen quaestiones nonnullae de quibus neque ego tecum facere potui, neque meam opinionem tibi probare, quod etsi te non moleste ferre scio, lectorem admonitum velim.

Inter eos autem qui me puerum docuerunt non nisi te nomino, Doctissime DORNSEIFFEN, patris amicum, qui me usque ad hunc diem consilio auxilioque tuo saepe adiuvisti.

Neque si non nominatim vos omnes, qui in Athenaeo Illustri et in Universitate Amstelodamensi ac Bonnensi quique in Publica plastices Schola Academica optime institutione vestra de me meriti estis, appello, me nihilominus beneficia vestra grato animo recordari credatis velim.

Tuam erga me liberalitatem humanitatemque, Clarissime PIERSON, satis laudare non possum. Quodsi vasta tua et immensa in omni genere disciplinarum eruditio non plus quam re vera fuit, huic operi profuit, id nec mea culpa neque incuria tua factum est, verum quod, ex parte certe, tuas apud me partes pater susceperat.

Quomodo autem gratiam tibi, Clarissime NABER, referam qui saepe me de me ipso diffidentem sustentasti, qui severus ipse in disciplina, me tamen facile alia via vagari passus es, neque aliis quidem hercle me posthabuisti sed eadem cura et benevolentia educasti?

In tua praesertim schola, NABER, mente tenere didici illud *νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν*, quod si artis historiae studioso in primis necessarium esse praedico, non vereor ne tibi displiceam, Clarissime KEKULÉ.

Vereor potius ut tibi hoc opusculum, etsi te auctore susceptum, probem, quod nimis impeditus ordo indigestaque materia remansit. Si tamen ex parte tibi satisfecisse potuero non frustra me tot suscepisse labores putabo, tibi enim placere cupio tam propter acutum et elegans tuum ingenium quam ob summam urbanitatem qua me peregrinum et ignotum statim familiaritate tua amplexus es.

Cum huius autem tui mihi semper associanda erit memoria, Clarissime BUECHELER, non minore enim comitate me excepisti.

Vobis omnibus, qui huic libello aut multum aut aliquid adtulistis, gratias hic ago, cum tamen officia vestra suo quaeque loco memoraverim, ne vestra omnium quidem mentio hic iteranda est. Nomina tamen vestra tacere nolo, Viri Doctissimi PLEYTE et WIEDEMANN, rerum Aegyptiarum peritissimi, neque vestra, Viri Doctissimi RAVAISSON, qui me ut Musei Luporensis et IMHOOF-BLUMER qui me ut tuis divitiis uterer concessistis. Piam autem memoriam MURETI celare religio est.

Laudo editores qui me sedulo diligenterque pro suis copiis adiuverunt.

Cum amicis tam popularibus quam peregrinis quo amoris adstringar vinculo, cum ipsi sciant, quid praedicare prodest?

Postremum, me non nisi legis necessitate coactum latino sermone usum esse vos moneo, externos eruditos,

si qui forte mearum ineptiarum
lectores eritis manusque vestras
non horrebitis admovere nobis.

Inter deorum heroum animalium monstrorum capita, quae prisca antiquitas in omnibus fere monumentis, sculpta in marmore et gemmis, ex auro vel aere caelata, ficta ex argilla, in vasibus picta, in nummis aureis argenteis aeneis impressa multiplicavit, pauca frequentius quam Gorgonis caput occurrunt, nullum tanta diversitate, tam certis tamen indiciis agnoscendum, tam facile a ceteris disiungendum reperitur.

Caput igitur Gorgonis, si quid aliud, dignum videbatur quod separatim tractaretur, praecipue quum post Levezow [1]), qui anno huius seculi XXXII, pro copiis sibi ab illa aetate concessis, egregie de illa re disseruit, nemo quantum scio, tam diligenter, tam accurate varia genera congessit ut per materiam, quae post illum diem in libris et museis accumulata est, fieri potuisset. Sane vix quisquam inter tot viros, egregie de arte antiqua meritos, fuit quin Gorgonis imaginem hanc vel illam publici iuris faciens, de eius genere pauca addiderit, vel etiam longius de tota gente egerit, sed ingenue fateor me interdum illorum demonstrationes ideo non legisse, primum quod in imagines quaerendas et delineandas — nam nonnisi omni, cui mihi accessus patebat, materia congesta, nihil fieri posse statueram — tantum temporis consumpsi ut plus huic operi concedendum esse non censerem, deinde quia saepe expertus eram multos tam vagos inter fines errare, tam obiter similitudines computare, tam communibus signis uti, ut inde vix aetas, nullo modo affinitas definiri potuerit. Si autem hic vel illuc affinitates iam ab aliis ad lucem prolatas quasi de novo exposuero, spero fore ut illi mihi ignoscant.

---

[1]) Ueber die Entwickelung des Gorgonen-Ideals in der Poesie und bildenden Kunst der Alten. Abhandlungen der Berliner Academie, 1832.

De temporis definitione longe aliter sentio neque quidquam lubentius fecissem, quam ut in omnibus exemplaribus aliorum argumentis et auctoritate uterer. Cum enim exempla e diversis artis regionibus certis annis adsignanda essent nondum ego, qui novus ad haec studia aggredior, omnem materiam amplecti potui.

Raro tamen etiam in hac re aliorum sententiis usus sum, partim certe ignoratione, partim tamen quod saepe aetas, quam viri docti exemplo cuidam adsignabant, cum tempore a me ex aliis computato non quadrabat. Ubi hoc factum est interdum eos breviter redarguere conatus sum, interdum meis argumentis defensionem suam reliqui. Plerumque ego ubi de aetate exemplaris cuiusdam ab illis dissentiebam, typum illum recentiori aevo attribui. Nummis potissimum ad temporis definitionem usus sum, et quia longe maximum exemplorum numerum praebuerunt, et quod, in uberrima materia, copiis et ditissima bibliotheca patris, liberalitate viri doct. Imhoof-Blumer, qui ex locupletissimis suis nummum et ectyporum scriniis largiter hausit, et abundantia thensauri Bibliothecae Francogallae usus sum, et quod interdum, certius quam alia monumenta, certis annis adsignari possunt. Interdum dico nam adversa fortuna factum est ut magna pars aut prius coniectura huic illive urbi adsignanda esset, aut omnino certae civitati attribui non potuerit.

Si magna typorum varietas his studiis delectationem attulit, facit et difficultatem. Non enim ut suspicareris, varietates omnes ad communem originem indagari possunt nam eadem vel maior est antiquitatis varietas quam serioris aevi.

Neque magis totum corpus imaginum ordine dispositum comparari potest cum opere textili, in quo subtegmen tempus, stirpes stamina essent.

De populo potius cogitandum cuius gentes, conubio iunctae, partim extinguuntur, ex parte novas procreant gentes, quae cum nomine antiquo paterno matris vultus vel mores ita coniunxerint ut dubitares cuiusnam stirpis eos revera esse dixeris.

Neque ea res magnopere miranda est. Prisci illi artifices, qui neque in humanis capitibus omnes eandem normam secuti sunt, vel ab aliis docti, vel, quod non facile crediderim, sua sponte, horrenda sibi monstra facienda proposuerunt. Inter alia finxerunt caput:

„Magnís malis, laté dehiscens, ingéntem dentibu' sónitum edens [1]),

sed hic illud rictu lato, ille alto, hic oculis parvis, ille magnis, tertius dentibus non multis tantum sed permagnis aprugnis, multi crinibus solito aequalium more, pauci horrentibus fecerunt, deinde, pro natura rei quae cuique ornanda

[1]) Talis versus latere videtur in verbis quibus Festus (s. v.) Manducum describit: magnis malis ac late dehiscens et ingentem dentibus sonitum faciens.

erat, circumscriptionem vultus variaverunt, quae rotunda clipeo, quadrata ansae crateris vel quadrato incuso, altior antiquissimis nummis aptior videbatur.

Longiore autem consuetudine artis ea genera quae ornatiora videbantur in immensum creverunt, cetera extincta sunt (survival of the fittest), donec aetati elegantiori nimiam antiquitatem redolere visa, magis magisque ab omni specie peculiari denudata, ad communem effigiem redacta forent, nisi novis modis novae gentes creatae essent.

Primo loco gentes [1]) et familias constitui in quibus, quantum potui secundum aetatem, artius cognata exempla ordinavi, quibus deinde laxiore propinquitatis vinculo adstricta, quae tamen propria hucusque familia carerent, addere non dubitavi. Facilior in affinitate adsignanda fui iis qui ex eadem regione essent, ut nummis eiusdem urbis, armis et ornamentis in eodem sepulcro repertis, difficilior ubi patria e genere deducenda erat.

Non enim me fugit in diversis regionibus, eodem tempore simillimas species exstitisse ut in insulis Cypro et Lesbo et Sicilia, ut in Asia et Sardinia, ut Athenis, Tegeae et Lesbi, ut in Attica et Etruria. Plures in magis vicinis regionibus silentio praeteribo.

Ubi dubitationes de genere supererant maioris momenti mihi semper eae vultus partes fuerunt quae, difficilius paucis verbis discribendae, magis tamen ceteris faciei naturam definirent, ut buccae malae mentum, deinde, vix minoris, spatium quod a mento ad oculos, ab oculis ad crinium radices esset. Crinium ornatu contra raro ad hanc rem usus sum, plerumque ex eo aetatem potius indagandam esse existimabam, quod Gorgones, aeque ac ceteros deos deasque, hominum mores in his rebus secutos esse suspicor. Magnorum dentium etiam minor utilitas. Exempla fictilia novi, eodem typo facta, quorum unum illos exhibet, alterum non habet. Sic angues quoque et alae eidem capiti et addi possunt et demi. Angues tamen, diversis modis dispositi, propriam habent cognationem, interdum minime laxam, sed alae, ut quaedam crinium dispositiones, tanta vi totum adspectum mutant ut, ceteris rebus paene neglectis, non nisi his ad gentem constituendam usus sim.

Omnibus hoc modo genealogiis accurate discriptis, cursim totam materiam synchronistice iterabo et cum iis auctorum locis componam e quibus quid de capitis natura aut de diversis fabulae actibus enucleari potest. De fabula ipsa non nisi passim egi. Aliam enim rem ago ut satis apparebit.

Serioris quoque aetatis genera raptim percurram, antiquioris aevi omnia col-

[1]) Initio series paulo minus amplas feci. Melius series **1**, **2**, **3** generis III in unam seriem diversis litteris redegissem. Erroris evitandi causa, rem ut erat reliqui.

legi e libris, post Levezow editis, ad quos mihi accessus patebat, inedita e Museo Lugdunensi pauca, plura e Bibliotheca regia Hagae comitis, plurima ex Museo Luporensi et Bibliotheca Franco-Gallica Lutetiae Parisiorum deinde, ut iam dixi, e thensauro patris et viri doct. Imhoof-Blumer. Tabulis et photographematibus, ad corpus rerum fictilium antiquorum pertinentibus, mihi utendum benigne concessit vir cl. Kekulé.

Vultus discriptio necessario brevior fuit quam ut inde multum disceres, ne tamen etiam sic maiorem locum occuparet postremam verborum partem saepe typis non mandavi. Monendum vix crediderim „ling. exs." lingua exserta, „superc. contr." superciliis contractis, „fronte rug." fronte rugoso, legendum esse.

Ne tamen omnis adspectus desideraretur tabulas addidi in quibus pauca maiora, memoratu digniora, exempla delineavi. Inedita potissimum dedi. Non ignoro artem meam minimi preti esse, sed ni omnia fallunt ad hanc rem accurata adumbratio rei bene intellectae, etsi nulla inest ars, satis erit.

Postremum addam me omnes has figuras uno nomine Gorgones vocasse etiam si apud paucas dubitationes de vero nomine supersint. Meo enim iudicio haec quoniam ad artem non pertinent melius ad finem reservabuntur.

Nummorum pondera grammata indicabunt, magnitudinem millimetra quae dicuntur. Aliarum rerum magnitudinem non nisi raro typis mandavi, metris quae vocantur, eam expressi.

CAPUT I DE GENERE.

GENUS I.

Antiquissimum, quod novi, caput Gorgonis certo certius antiquissimum olim non fuit, apparet enim e dentibus, lingua, auribus aut negligenter factis, aut potius ad exemplum male intellectum descriptis, artificem aut longa iam consuetudine usum, aut artem extraneam secutum esse.

1a Caput Gorgonis lingua exserta, quae quasi pars oris esse videtur, dentibus nulla ratione in ore dispersis, magnis superciliis, auribus parvis, nulla fere fronte, nullis crinibus, radiis circumdatum.

In clipeo pugnantis. In amphora reperta in insula Melo, nunc Athenis adservata. Conze, Melische Thongefässe, tab. 3.

Huic toto conspectu simile est quamvis longe minus antiquum.

1b Cap. Gorgonis ling. exs. eiusdem fere figurae, dent. magn., nullo fere fronte, crin. medio divisis. Lineis scriptum in parvo speculo aeneo.

Gerhard, Etruskische spiegel, tab. 428. 2. Coll. Barberini.

1c Nummulus infra sub Asiaticis incertis 8 descriptus addatur.

His proximum toto conspectu potius quam singulis partibus, mihi visum est caput illud Gorgonis quod invenitur in antiquissimis, rarissimis nummis olim Abydo tributis, deinde a patre meo (Zeitsch. f. Num. 1876 pg. 237) Pario datis, quos tamen propter figuras quadrati incusi, propterque recurva exempla tenuiora, Lyciae vel vicino loco libenter tribuerem. Incusum enim exemplaris alterius summam cum Lyciis, quorum unum vide apud Fellows tab. 1. 1, affinitatem exhibet, incusum tertii, linearum dispositione, non longius ab antiquissimis Phaselidis nummis (Mionnet tab. 42. 1) abest et primi cum illo, quod exhibent nummi a patre (Zeitsch. f. Num. VI. pg. 86. de Luynes Choix, tab. 12. 1) Olbae Pamphyliae coniectura adsignati, componi potest. In ea autem regione si quaerimus cui urbi adsignandi sint, statim de opulentissima Pisidarum urbe, libera semper ab omni dominatione (Strabo XIII pg. 570), de Selge cogitamus. Quae urbs

I


antiquioribus nummis adhuc misere caruit. Quum autem ea regio pondere uteretur Aeginetico, hi nummi tertia pars stateris nobis sunto. Ipsum (?) illud pondus vide in nummo Etennae (Num. Chron. 1873 tab. 5. Zeitsch. f. Num. VI tab. 3. 3). Ne iungenda distraham hic, ut semper, totam seriem dabo.

2a 1 Cap. Gorgonis ling. exs. in ore alte dehiscente, dent. null., ocul. oblong., aur. magn., cincinnis?, ornatum IV pennis?
)(Quadratum incusum rude.
Æ 15/4. 3.93. Bibl. Fr.-G. Mionnet tab. 36. 7.


2b 2 Cap. Gorgonis fere idem; pennae? illae non adsunt.
)(Qu. inc. tale ut ex eo figuras quas 4 exhibet natas esse suspicor.
Æ 14/3. 3.98 Coll. Six.

(III 3 Cap. Gorgonis, de quo infra III **11a** agetur, ling. exs., rictu lato,
11a) dent. parv., palpebr. superc. magn., null. aur., cinc.
)(Qu. inc. figuris ornatum.
Æ 15/4. 3.88 Bibl. Fr.-G. 

2b' 4 Cap. Gorgonis fere idem ac **2b**, palpebris indicatis.
)(Qu. inc. figuris litteris similibus ornatum.
Æ 13/2. 3.43 Bibl. Fr.-G. 

(III 5 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu lato, dent. parv., palpebr. magn., cincin.
11b))(Qu. inc. fere idem ac 4.
Æ 12. 3.19, 3.15 Coll. Six; 3.17 Bibl. reg. Hagae Comitis. 

6)(Qu. inc. figuris ordine inverso.
Æ 11. 2.25 Coll. Six. 

7 Cap. Gorgonis cuius non nisi nasus, oculi, palpebrae feriundo impressa sunt.
)(Qu. inc. idem ac 5.
Æ 14/3. 1.80 Bibl. Fr.-G.; 1.75 Coll. Six.  

Similitudinem cum **2b'** praesertim oculorum et genarum forma exhibet:

2c Cap. Gorgonis, ore clauso, lingua (vel mento) globulo indicata.
)(Qu. inc. rude.
Æ 9/8. 1 02 Coll. Six: 0.90 Bibl. Fr.-G.

Quamvis per pondus fortasse liceret, non tamen audeo hos eidem urbi tribuere quod quadrati natura deterreor.

Post hanc seriem, coniectura Selgae tributam, locum suum obtineat nummulus ineditus, sine dubio Selgae cusus, adhuc ab aliis editis antiquior, qui igitur lacunam inter eos et supra memoratos pulcre explet.

(III 8 Cap. Gorgonis lingua exs. lata, labro superiore diviso, bucc. infl., superc.
11c) contr., aur., crin. ter divisis (mentum feriundo impressum non est).

1)(Caput d. Minervae galea Attica cristata, tribus foliis ornata, in qu. inc. Ε-(Σ?)τλέγιιυς [1]).

Æ 12/10. 1.— Coll. Six.

Ceteros, quos omnes commemorare non meum est, quos tamen verbo meminero sub III **14**, vide apud Imhoof, Zeitsch. f. Num. 1878 pg. 135 N 6—13, 15—17.

GENUS II.

Suam sibi habeat gentem

1a Gorgo adversa pedibus extrorsum versis humi sedens, utraque manu leonem strangulans, veste brevi, ling. exs., rictu modico, dent. hodie nullis, olim fortasse argenteis aut eburneis, magn. buccis, oculis parvis, aur. alte positis parv., crin. med. div. in gradus formatis ab utraque parte defluentibus.

In fragmento aeneo currus Perusiae reperti, nunc partim in Mus. Monacensi (Micali l'Italia tab. 16. 2) in quo inter alia spectantur: avis aquatica, hippocampi, aprum venantes cum canibus et homo pronus natans? piscium pinnis praeditus cui nomen aliunde imponere non possumus nisi fortasse, ex Beroso (frg. I. 3) sumptum, Oannem, quod temerarium esset. Nam licet inter eas res, quae in eodem sepulcro repertae sint, aliae fuerint quae orientem sapiant (exempli gratia Micali l. l. tab. 16. 1. 8. Iuno illa sospita, cum ipsis illis *calceolis repandis* quibus solet Hettaeos in monumentis agnoscere vir cl. Sayce, Monuments of the Hittites, Transactions of the Soc. of Bibl. Arch. 1881 VII) totum opus tamen procul dubio Etruscum esse crediderim. Neque fortasse magnopere mirandum si opera Etrusca vetustissima Asiaticam originem demonstrent. Sed ab hac re hic manus abstinere malo. Illud affirmare audeo e mythologia Graeca nihil innotuisse de Gorgone leones strangulante quae pictoribus atque poetis aeque ignota remansisse videtur, neque me omnino deum aut heroem unquam, tali fere modo inter feros dispositum, vidisse, nisi in duobus scarabeis Sardis (Bull. Arch. Sardo IV tab. 2. 13, Perrot et Chipiez Histoire de l'Art III. fig. 296 et Ann. dell' Inst. 1883 tab. F. 28), inter leones, deum cuius nomen Asiaticum ignoramus, Aegyptiis Besam dictum, qui etiam aliis de causis cum Gorgone comparandus est. Neque certum quidquam de aetate reperi. Plurimum fortasse proficies si fragmentum pulcerrimum, ex argento et auro caelatum, una cum his repertum, editum apud Millingen (Anc. uned. Mon. II tab. 14) comparabis cum metopis

---

[1]) Ad eam literam vide Imhoof-Blumer Zeitsch. f. Num. 1878, pg. 137, N. 18. Σ adfuisse suspicor in quadrati angulo d. qui deest.

II templi Selinuntii antiquissimi. Illarum arte, ars huius fragmenti mihi paulo minus antiqua videtur.

Actu non alienum a superiore videtur

1a' Monstrum capite Gorgonis, rictu mod., VII ang., alis recurvis, corpore humano et equino ut centauri antiquissimi, sed pedis anterioris loco unguibus avis, quod manibus leonem per pedes anteriores tenet.

In scarabeo e sarda. Muller-Wieseler tab. 43. 324.

Etruscum quoque opus videtur pes nescio cuius rei, forma non insolita.

1b Figura superiore parte Gorgonis, ling. exs. magna, rictu mod. vacuo, aur. magn., cirris?, gradibus ab utraque parte expansis secundum brachia expansa, papillis; ab inferiore parte desinens in pedem leonis. Exemplaria duo vidi in Mus. Luporensi quae delineare non potui, utor igitur tabula edita apud Micali (Hist. dell' Ant. pop. tab. 50. 5).

Memoriae causa, nescio enim quanta fides tabulae editae tribuenda sit, addam

1c Cap. Gorgonis ling. exs. rictu mod., dent. parv., magn. bucc., ocul. parv., aur. alte pos., cirris III ordinibus.

In curru aeneo. Mus. Pio Clementino V tab. B. 7.

GENUS III.

Generis I et II non minus antiqua est figura, quam Parisiis in Museo Luporensi vidi, quamque mox editum iri accepi.

1a Gorgo genibus nixa, veste artissime adhaerente, capite infima parte latiore, ling. olim ni fallor exs., rictu lato, dent. mult. extremo ore magn., oculis olim gemmis vel colore expletis, fronte rugoso, cincin. et gradibus qui ab utraque parte defluunt; coronam et impositum pedem leonis fert.

Æ Pes tripodis (?) repertus in insula maris Aegaei.

1b Cap. (et collum) Gorgonis, ling. exs., rictu lato, mult. dent. parv. et caninis maximis, palpebr., superc., crin. solutis ab utroque parte et a tergo defluent., VI? anguibus maculosis ad faciem ipsam adhaerentibus; in summo capite fert collum vasis.

Vas ex argilla cocta, pictum nigro albo purpura in flavo.

Repertum prope Halicarnasum (Kilo) nunc in Mus. Austriaco Vindobonae.

His proximum capitis forma videtur

1c Gorgo d. gradiens, alis recurvis, veste brevi acu picta, caligis alatis, ling. exs., lato rictu, mult. dent., naso bipertito, cincin. in summo capite parv. ab utraque parte singulis magnis, VI ang. coronata. In lebete, disiuncto pede, flavo, nigr. fig., lineis scriptis: A manu d. ad s.: Perseus cum cibisi,

III

caligis alatis et Plutonis galea fugiens, Gorgones duo, Medusa sine capite, prona, Minerva, Mercurius.)(Pugnantes duo cum quadrigis. Infra ferae IV (in pede XV) ordinibus. Cat. Campana II. 25. Mus. Lup.

Cum hac potissimum comparari potest

1d Deus s. currens, veste umbilico tenus, infra nudus, manibus pedes tangens, pantheris umeris ac brachiis impositis, capite fere idem ac **1c**, lingua tamen acutiore, nullis anguibus.

Alteram seriem vix a priore diversam efficiant:

2a Gorgo d. currens IV alis, veste brevi, anguibus cincta (vel olim fortasse sese cingens, nam hodie brachia et manus desunt), caligis, ling. exs., dent. mult. extr. ore magn., rictu admodum lato, labro superiore latiore quam solet, linea, quae trans genas ad aures usque progreditur, circumscripta, oculis auribus magn., crin. horrent. et grad. defl.

Argilla cocta. ± 0.50. Repertum Gelae nunc in Mus. Berol. Panofka, Terracotten zu Berlin tab. 51. Micali, Storia d. ant. pop., tab. 51. 10.

2b Cap. Gorgonis ling. exs , rictu admodum lato, mult. dent. extr. ore magn. crin. div., grad defl., barba.

Purpura et lin. scr. in ansa nigra (0.13 ad 0.10) crateris Corinthiaci, in quo: a. m. s. ad d., II figurae pallio amictae, II iuvenes uvas supra vas manibus exprimentes, his ceterisque figuris litterae adscriptae sunt partim evanidae, II iuvenes nudi, mulier s. ante cuius pedes flos, ıCΓAϘB, *'Ερατοί?* [1]), II figurae pallio amictae.)(Miles armatus cum equo albo inter milites armatos binis equis insidentes quorum II praecedunt, tertius sequitur; aves II volantes. Sub ansis ad d. avis capite humano, ad s. II galli. Infra ferae. Cat. Campana IV. 84. Mus. Lup.

2b' Gorgo d. currens II alis recurvis, veste brevi, caligis alatis, capite **2b** simili, licet labrum superius lineis indicatum sit sicut in **2a** et barba careat.

Albo corpore, nigro purpura lin. scr. in ansis (0.12—0.09) (Ann. dell' Inst. 1874 tab. N, O.) crateris Corinthiaci ornati profectione Amphiarai, quadrigis et celetibus certantibus, peditibus pugnantibus quorum unus in clipeo habet pictum:

Cap. Gorgonis cuius pars quae spectatur sat bene cum supra memoratis quadrat, quin etiam labrum illud superius clarius indicat. Mon. dell' Inst. 1874 tab. 4, 5. Rep. Caere; Mus. Berol.

2b'' Cap. Gorgonis simile. Museum Gregorianum II tab. 23. 3.

---

[1]) Dryas fortasse Arcadica, uxor Arcadis, memorata a Pausania VIII, 4. 2, 37. 11.

III

3a Cap. Gorgonis, ling. exs., rictu modico, dent. magn., linea ab auribus ad nasum deducta, naso duplicato, crin. div.. E tabula edita non apparet utrum barba indicata an malae potius bis sint divisae

Sub scypho picto pullo et purpura (Pugna Herculis et Iolai cum Hydra et Herculis cum Plutone). Arch. Zeit. 1859 tab. 125. Rep. Argis.

Huic addas aliud exemplar negligentius pictum in clipeo mortui quem mulieres plangunt in vase edito Ann. dell' Inst. 1864 tab. O, P. (Cat. Campana II. 2. Rep. Caere. Mus. Lup.

3b Cap. Gorgonis ling. exs., rictu mod., labro sup. lin. ind., dent., cincin. barba alternis coloribus, in clipeo pugnantis.

Hydria fig. subnigris, purp. et albo distinctis: Armati pugnantes supra cadaver, cui adscriptum est ΒΣΠΠΟΛΥΤΟϺ ab utraque parte iuvenis cum equo, supra avis volans, sub utraque ansa avis.)(III equites armati equis certantes et III aves volantes. Infra ferae. Cat. Campana II. 3. Mus. Lup.

His simillimum est

3c Cap. Gorgonis oculis et superciliis tamen humanioribus, in clipeo Achillis qui Troilo insidiatur.

In lagoena quae ΤΣΜΟΝΣΔΑΜ ΜΒ<ΡΑΦΒ, *Τιμονίδας μ'ἔγραφε* inscripta est. Arch. Zeit. 1863 tab. 175, Klein Meistersign. pg. 129. 2. Rep. Cleonis, nunc Athenis.

Ut suspicandum erat generi Corinthiaco propius accedunt quae in vasis nunc Cyrenaicis dictis inveniuntur.

2c Cap. Gorgonis, ling. exs., alto rictu, dent. magn., linea ab aure ad aurem, ciliis indicatis, tribus rugis in fronte ornatum, cincin. qui in spiris desinunt, gradibus et barba ut **2b**.

In collo hydriae. Arch. Zeit. 1881 tab. 11. 3. Löschke de Basi quadam prope Spartam reperta N. 19. Rep. Volcis, nunc in Mus. Brit. 422.

2d Cap. Gorgonis ling. exs., rictu lato recto, rugis ut **2c**, cincin., barba, mento acuto, lineis scriptum in clipeo Cadmi (?) draconem oppugnantis. Intus in cylice. Arch. Zeit. 1881. tab. 12. 2. Löschke l. l. 4. Cat. Camp. II. 57.

Cum his, potissimum cum **2c**, aliquam similitudinem exhibere mihi visum est

2e Cap. Gorgonis ling. exs., rictu mod., dent. acutis, linea ab auribus deducta, barba, mento acuto, circumd. XVI ang. [1]).

---

[1]) Vero nomine angues sunt neque quidquam commune habent cum crinibus marmoris Spartani quod edidit Milchhöfer Arch. Zeit. 1881. tab. 17. 1.

III
0.105. Nigro et violaceo in albo in interiore cylice. Puchstein Arch. Zeit. 1881. N.17. A. in Bibl. Fr.-G. Coll. Opperman 109.

Vasa Attica nigris figuris sequantur sed ne ordinem chronologicum plus turbem quam necesse erit primum antiquissima enarrabo, deinde ad ea veniam quae cum **3a** artius cohaerent.

4a Gorgones duo d. currentes alis recurvis altera, altera rectis, veste brevi acu avibus picta, calig. alatis, (ling. non apparet), cincin., aur?, in summo capite IV ang. permagnis erectis. Post eas Medusa prona, cui stulte caput sphingis datum est, ante Mercurius ꟅIMꝗƎH. Ceterae litterae sensum non praebent. Subnigro, lineis scriptis in amphora rubra. Mon. dell' Inst. 1866. VIII tab. 34. Mus. Lup. Coll. Camp.

Sequenti non magis quam huic locum idoneum inveni. Inter se satis congruunt.

4b Gorgo d. currens, alis recurv., veste brevi, ling. exs., barba?, magn. aur.?, manibus maximum anguem tenens. Ad s. mulier d. pallio amicta, coronam tenens, ad d. Minerva d., capite s., armata, coronam tenens et Perseus d. fugiens cap. s.; ab utraque parte Sphinx. Litterae multae sensu vacuae [1]) quae partim tamen de sensum praebentibus descriptae videntur. Nigro lin. scr. in hydria. Ann. dell' Ist. 1866 tab. R. Rep. Caere, nunc Vindobonae.

Melius fortasse cum his quam cum aliis comparantur

4c Cap. Gorgonis ling. exs.?, rictu modico, aur. ferinis in summo capite, trib. ab utraque parte gradibus brev.

In ansa poculi ex argilla cocta nigra. Micali, Storia d. ant. pop. tab. 31. 2. rep. Clusii, nunc Florentiae.

Gorgo d. II alis recurvis ad cingulum, nuda? manibus sublatis ling. exs., dent. parv. extr. ore magn., aur ferinis in summo capite, grad. defl., inter Perseum, Minervam aliasque figuras quas explicare conatus est Levezow l. l. pg. 167 sqq.

In Oenochoe ex argilla cocta nigra. Levezow tab. 1. 3.

Olim aliter picta fuit, mihi credite, quam nunc edita spectatur

2f Gorgo d. currens, al. recurv., veste brevi, ang. cincta, cincin. grad. et barba ut **2b** et **c**, VIII ang.

In ansis amphorae clarissimae, facta ab Ergotimo, picta a Clitia. Klein pg. 130. Mon. dell' Inst. IV tab. 54—58. Arch. Zeit. 1850. 23, 24. Conze V. Bl. II. tab. 5.

---

[1]) Gorgoni nusquam nomen adscriptum vidi.

III

Hodie enim neque os nec lingua apparet, quae partes aut fractae non superesse, aut albo fortasse colore pictae evanuisse videntur.

2g Gorgones duo d. currentes al. recurv., veste brevi acu picta, capite alto, ling. exs., rictu lato recto (cf. **2d**), cinc., crinibus defl., inter pugnantes.

Mon dell' Inst. 1840 tab. 24. Nescio quanta fides huic tabulae in parvis rebus tribuenda sit.

Nec magis prodest enumerare tam parvas figuras quam quae spectantur in cylice edito Mus. Gregor II. tab. 66. 4b et in tripode n. f. Tanagrae reperto, nunc Berolini, edito Arch. Zeit. 1881. tab. 3, faciam tamen ubi potero ne quid sciens omisisse videar.

Eo ipso loco publici iuris factum est fragmentum longe memoratu dignius et propter capitis formam, et propter momentum actionis.

3d Gorgo alis recurv., ling. exs., dent. parv., cuius crines, ceterum ab utraque parte defluentes, summo fronte in angulum vergunt, capta a Perseo cuius non nisi brachium d. cum gladio recto superest.

Nigr. purp. lin. scr. in cylice. Arch. Zeit. 1881 tab. 5. 2. Rep. Tarquiniis.

Nunc iam comparetur

1e Gorgo d. currens, alis rectis, veste admodum brevi et pelle amicta, ling. exs. magna, rictu maximo, dent. parv., cinc., crin. defl, capta a Perseo manu s. qui averso capite (barbato necne non memini) dextra tenet gladium leviter curvatum.)(Quadriga adversa.

Subnigro purp. albo, lin. scr. in amphora. Cat. Campani IV. 125. Mus. Lup.

Cum autem hoc vas, satis negligenter pictum, propter alas illas rectas et pellis amictum cum minus antiquis recensendum esset, propter capitis formam et rictum potissimum cum antiquissimis, mediumque igitur locum occupat, sententia viri cl. Loeschke qui affirmavit (Arch. Zeit. 1881 pg. 30 cum ann. 3) artem antiquiorem non nisi gladium rectum in Persei manu novisse, paulo immutanda esse videtur.

Alis quoque rectis spectantur, gorgones duo d. currentes, capite barbato, de quo infra agetur, quae Perseum cum Mercurio fugientem persequuntur, post eas Medusa d. alis rectis, prona, e cuius collo caput Pegasi nascitur.

Nigro purp. albo lin. scr. in cylice. Gerhard Trinksch. tab. 23. Levezow 2. 24. Rep. Nolae, nunc in Mus. Berol. e Museo Bartoldiano.

Sequitur deinde series Gorgonum quae IV alis praeditae sunt, duobus recurvis semper, fere semper duobus rectis [1]), veste brevi et pelle amictae.

[1]) IV alis recurvis. nigr. fig.. Rep. Volcis. Micali Storia d. ant. pop. tab. 51. 8.

III Reperiuntur, modo solae in utraque parte amphorae (Mus. Lugd. II. 1617); modo supra magnum anguem barbatum, grad. defl., VI ang. in capite, nigro pulcerrimo pictae super ferarum ordinem (Mus. Lup., Musée Charles X)[1]; modo cum Perseo, Mercurio, Minerva et Medusa moriente in amphora (Gerhard V. B. 88. Monachi, coll. Candelori), eodem fere habitu sed duobus anguibus barbatis in summo capite. (Adde etiam Mus. Greg. II. 29. 4 a).

De his omnibus vasis satis negligenter pictis nihil aliud licet affirmare nisi quod probabiliter inter minus antiqua, nigris figuris picta, recensenda sint.

Iam hic quoque vas Chalcidicum (Ann. dell' Inst. 1839 tab. P. Arch. Zeit. 1866 tab. 206) memorare lubet, unicum quod novi in quo Gorgo occurrat. De capitis forma infra sub **2k** agam, propter IV alas vero haec hic tamen commemoranda est. Hodie brachiis caret, olim fortasse albo colore pictis, longa veste conspicua est.

Longae illius vestis satis rara exempla, quae praeter **1a** adnotavi, hic addam:

2 Gorgo s.[2] currens longa veste, alis rectis, manibus angues tenens, ling. exs., cincin.; circum monile (grénetis).

)(Rota formae antiquae VI radiis inter quos interdum ◈E I I

Æ 26/5 11.30—9.83 Gardner Types tab. 1. 6; Revue Num. 1859 tab. 15. 4; Mommsen-Blacas tab. 18. 1. Adtributum Faesulis.

3 Gorgo d. in nummulo infra sub **9b** accuratius descripto.

4 Gorgo d. currens IV alis recurvis, veste longa, manibus angues tenens, ling. exs., capite ang. circumd. In chalcedonio incisa. Compte Rendu 1860 tab. 4. 6. Rep. Panticapaei.

5 Gorgo d. IV alis recurvis, veste longa, genu iacens angue sese cingens. In scarabaeo e sarda incisa. Micali Storia d. ant. pop. tab. 54. 3.

6 Medusa s. genu iacens IV alis recurvis, veste longa, e cuius collo Pegasus et Chrysaor nascuntur (ad d. canis d. sedens et Perseus d. gradiens manu dextra anguem vel fortasse telum, anguis capite ornatum, tenens, sinistra cibisin baculo in umero posito ferens).

In breviore latere sarcophagi. Revue Arch. 1875 tab. 2. Rep. Golgis.

7 Stamnus Etruscus, Gerhard A. V. 89, cum hoc sarcophago Cyprio comparetur.

8 Gorgo d. currens alis rectis, veste longa, angue se cingens, ling. exs., crin. sparsis; ab utraque parte gallina, circum ornamenta.

---

[1] Edita apud Passerum Pict. Etr. tab. 250/1, sed sic ut non agnosceres.

[2] Rarae admodum sunt Gorgones sinistrorsum currentes.

III

Lin. script. in speculo aeneo Gerhard Etr. Spiegel II 243 A1. Bullet. Arch. Napol. N. S. II tab. 3. Rep. Crotone, nunc in Mus. Neapolitano.

Deinde postremo memoranda est:

Gorgo s. [1]) currens alis recurvis, veste brevi et pelle, caligis, ling. exs., crin. mire ornatis, capitis forma si tabulae editae fides est habenda, ceteris multo minus antiqua.

Nigro purp. alb. lin. scr. in medio cylice. Gerhard, Flügelgestalten tab. 2. 2.

Tandem revertor ad capita maiora quorum genus facilius distinguitur.

3e Cap Gorgonis ling. hodie nulla, rictu recto, parvis dent. albis, magn. extr. ore, barba, cincin. VI ang.

Nigro lin scr. in clipeo albo Geryonis qui ab Hercule oppugnatur.)(Quadriga Anchip(p)i.

Amphora nigro purp. albo, lin. scr. inscripta Ε+ϟΕΚΙΑϟΕΠΟΙΕϟΕ. Gerhard A. V. 107. De Witte Cab. Durand 296. Cab. Magnoncour 39. Klein 1.

Huic adde cap. Gorgonis in clipeo Martis in amphora n. f. Gerhard A. V, 1.

Adde etiam partem sinistram capitis Gorgonis (supra et subter anguis permagnus) in clipeo Aiacis qui cum Achille alea ludit, in amphora itidem ab Execia facta (Mus. Gregor. II tab. 35. Mon dell' Inst. 1835 tab. 22, Klein 4. Rep. Volcis) et partem sinistram quoque capitis Gorgonis in clipeo Amazonis quae cum Hercule pugnat, in cylice nigr. fig., rep. Nolae, nunc in Mus. Brit. (Mon. dell' Inst. IX. 1869 tab. 11).

3f Levezow 19. Cap. Gorgonis ling. exs. satis lata bis vel ter divisa, rictu lato, nullis plerumque dentibus (difficile saepe est dicere utrum evanuerint an nunquam exstiterint), naso primum diligenter picto (Gerhard A. V. 251.3) postea indicato tantum (Bibliotheca Fr.-G. Coll. de Luynes. Cylix maxima: externa parte comissatio Bacchi, interiore vindemiae Satyrorum, nigr. fig. circum caput Gorgonis nigro purp. lin. scr. in albo; Mus. Lup. Cat. Campana VIII 68, 69. Klein M. S. Nicosthenes N.57, 55). Ternis singulo quaternisve punctis in fronte quae rugas e **2c, d** (Cyrenaicis?) notas indicant, cincinnis, barba, semper in medio cylice.

3g Levezow 20. Cap. Gorgonis proximum accedens ad **f**, ling. exs. vix vel prorsus non cum ore cohaerente, raro dentibus [2]), palpebris superciliis non nisi lineola indicatis, naso indicato tantum vel prorsus nullo, punctis in

[1]) Vide pg. 13, ann. 2.

[2]) Mus. Lugdunense II, 1622.

III

fronte, crin. divisis, barba. In medio cylice nigro purp. lin. scr. : Gerhard Trinksch. tab. 4/5: externa parte fig. nigr. purp. lin. scr. in albo, rep. Tarquiniis nunc Berolini; Mus. Lugdunense II. 1622, Coll. Canino: externa parte Bacchus inter duos oculos; Mus. Lup. Cat. Camp. IV. 712: ext. p. satyrus saltans inter duos oculos; Ann. dell' Inst. 1882 tab. P 11. fragmentum rep. loco hodie Este dicto.

Postremis horum certe antiquiores videntur

2h Cap. Gorgonis ling. exs., rictu maximo, dent. mult. alb. caninis et extremo ore magnis, mento nullo sed barba, barba quoque in labro superiore [1]), naso humano, oculis obliquis, punctis in fronte, cinc. longioribus.

Nigro purp. lin. scr. in medio cylice. Lau Gr. V. tab 17. 1.b. in Mus. Monacensi. Satis hoc a ceteris sub **2** memoratis distat, proximum tamen, mea quidem sententia, ad **d** et **b** accedit.

2i Cap. Gorgonis ling. exs., dent. alb. mult. extr. ore magn., naso ocul. humanioribus, cinc., grad., barba, XIV ang.

Nigro purp. in cylice inter duos oculos. Lau Gr. V. tab 18. Mus. Mon. Licet multo minus antiquum sit, non male tamen cum **2c** comparari potest.

Proximum huic e vasis rubris fig. addam

2k Cap. Gorgonis ling. exs., dent. parv., extr. ore magn., naso oculis humanis, cinc., barba, binis ab utraque parte ang., in aegide Minervae quae adest Herculi ad raptum tripodis.

Amphora rubr. fig. purpura distinctis, inscripta ΑΝΔΟΚΙΔΕΣΕΓΟΕΣΕΝ. Klein 4. Gerhard Trinksch. und Gef. tab. 19. Mus. Berol. 1734 Coll. Canino.

Satis miratus sum me nihil hoc antiquius invenisse quocum contulerim illam unicam Chalcidicam Gorgonem pg. 13 memoratam, quae propter totius capitis adspectum, propter singularum partium formam, praecipue oculorum, superciliorum, si modo licet tabulae Gerhardi (Flügelgestalten tab. 2. 1) fidem habere, huic proxima recensenda est.

Nigro purp. lin. scr. in scypho inter duas sphinges. Ann. 1839 tab. P. Arch. Z. 1866 tab. 206, aliis locis. Mus. Hauniense.

Tria exempla e vasis nigr. fig. supersunt quorum duo infra sub **6e**″ et **6i**? [2]) melius recensebo, tertium (Gerhard A. V. 217. 4.) adhuc mihi suspiciosum videtur.

---

[1]) Unicum mihi notum exemplum, nam caput Gorgonis quod fertur, in pulcerrima amphora nigris fig. in Mus. Lup. Coll. Camp. IV. 788, caput est Sileni dentesque qui hodie spectantur non sunt antiqui.

[2]) Vide in familiis **8**, **9**, **10**, ad nummulos Massiliae(?).

III

Quamvis inter minus antiqua de quibus egi, multa sint quae a mox discribendis non abhorreant, novumque igitur genus non constituere audeam, nova tamen series incipienda est nam cum aeque antiquis ut **1a, b**, haec nihil fere commune habent. Propius fortasse primum huius familiae exemplum ad **2a** accedit.

5a Cap. et collum Gorgonis, ling. exs., rictu lato, dent. extr. ore magn., mento div. satis acuto, linea ab aur. ad nas. deducta, crin. in summo capite flammarum instar horrentibus, inter quos vir cl. Milchhoefer recte fortasse sibi cornua detexisse visus est [1]), ab utraque parte gradibus, bacis quam crinibus similioribus, umeris veste tectis ut videtur.

in acroterio marmoreo rotundo. Arch. Zeit. 1881 tab. 17. 1. Rep. Spartae.

Quod nisi in Graeca terra repertum esset, Graecum esse opus nunquam mihi persuasissem non tam propter artem laboriosiorem quidem, verum non alienam a ceteris operibus Spartae repertis, quam propter quandam horrendam turpitudinem cuius inter tot tam diversa exempla aemulum frustra quaesivi.

Licet haec ita sint, non tamen possum quin cum hoc propter totam capitis figuram et affinitatem quae inter formam crinium huius, barbae illorum est, coniungam acroteria quaedam ex argilla cocta flava quae in Museo Luporensi (Coll. Campana) et Neapolitano asservantur, quorum plurima adhuc flavo colore picta subnigro purpuraque distincta sunt. Ubi reperta sint ignoro, suspicor tamen Capuae.

5b Cap. Gorgonis ling. exs., rictu modico, dent. maximis extr. ore, inauribus ornatum, crin. div., grad., barba ut **5b'**. Pars inferior fracta. Mus. Lup. (Coll. Campana).

5b' Cap. Gorgonis aliquanto minus antiquum, rictu latiore, dent. minoribus aut parvis tantum [2]), null. inauribus, mento diviso, barba flammarum instar ut crines in **5a**. In acroterio ornato. Mus. Lup. (coll. Camp.) et Mus. Neapolitano N. 6094.

5c Cap. Gorgonis fere idem ac **5b'** sed cincinnis duobus ordinibus et gradibus in ornamentum [3]) desinentibus. Ter (semel pictum) in Mus. Lup. (Coll. Campana); Mus. Neap.

---

[1]) Cornua minime rara in capitibus quibus vasa serioris aevi ornabantur, quae a quibusdam Gorgonis esse perhibentur (plura vide sub V 1), in antiquioribus monumentis nescio an unquam inveniantur, fortasse in capite Gorgonis cum duobus capitibus equinis (De Luynes, Culte d'Hecaté, pg. 82. Micali, Storia d. ant. pop. tab. 102). Argilla cocta. Rep. Clusii.

[2]) Dentes maiores videntur in his omnibus post typos factos manu additi.

[3]) Paulo aliter atque ea de quibus agit Helbig, das Homerische Epos pg. 167 sqq.

III

Barba illa et crines flammarum instar diradiantes me impulerunt ad coniecturam fortasse adhuc nimis audacem; scilicet olim archetypum fuisse totum istis quasi radiis circumdatum. In hac opinione me confirmant primum I **1a** quod, quamvis admodum negligenter pictum, radios tamen clare indicare videtur, deinde, ne nunc iam multo minus antiquos testes citem,

5d Cap. Gorgonis ling. exs., rictu modico, magn. dent. extr. ore, mento tripertito, naso recto, magn. aur. informibus, alto fronte, cinc. quorum initium constat e crinibus saepe divisis et quasi diradiantibus, barba ut **5b—c**.

Argilla cocta. Mus. Neap. N. 828.

Illud certius licet affirmes barbam in vasis pictis **2d, 3a' b e f g h i k** et crines in **3a' f g** exemplum sequi huic, **4d**, simile.

Huic seriei minus antiqua exempla addenda sunt:

5e Levezow 10 (et 9). Cap. Gorgonis ling. exs. dent. magnis cincin. II ordin.

Argilla cocta, picta rubro nigro coeruleo albo. Panofka, Terracotten zu Berlin tab. 52.

Talia vel maxime similia mihi plurima Parisiis in Mus. Lup. et in Bibl. Fr.-G. vidisse videor.

5f Levezow 11. Cap. Gorgonis fere idem, nullis dent., circumdatum XX ang.

Argilla cocta. Mus. Berol.

Sequitur deinde series nummorum quorum magna pars in Attica terra reperta est. De his postremus egit vir doct. Imhoof-Blumer (Système monétaire Euboïque, Annuaire d. Num. 1882 pg. 89, 105) demonstrans eos aeque bene Euboeae quam Athenis adtribui posse. Adhuc sub iudice lis est [1]). Cum vero recte, me quidem iudice, nummi antiquissimi cum capite Minervae et noctua, ΑΘΕ inscripti (quorum pulcerrimum exemplar editum vide Num. Chron. 1881 tab. 4), [2]) collato Aristotelis loco (Oecon. II, V), Hippiae tribuuntur, quum tamen antea Pisitratus nummos cuderit necesse est, qui quaerendi erunt inter eos quos discripsit Imhoof (l. l. appendice IV), neque ibi alia series, propter typos [3]) (Gor-

1) Postquam haec scripsi de ea re egit Head (Catal. Br. Mus. Central Greece pg. XLVI sqq.) qui originem nummorum cum noctua et capite Palladis facile ad Solonis tempora reduci posse scribit, quod nego, et propter aversam signatam, et propter Philochori testimonium (Schol. ad Arist. Aves v. 1106). Litem non diiudicatam iri suspicor antequam nummi Attici vetustissimi, iusto ordine dispositi, editi erunt.

2) Artem huius capitis et Mercurii? vitulum ferentis, Athenis in arce reperti, conferas velim.

3) Qui noctuam habent antiquiores sunt, Solonis potius tempori adsignandi.

III

gonem volo) magis Palladis urbi, propter frequentiam et magnitudinem magis potentissimis tyrannis apta invenitur, libenter eos Pisistrato dares. Qua coniectura, adhibitis Herodoti verbis (I. 64) *Οὕτω δὴ Πεισίστρατος τὸ τρίτον σχὼν Ἀθήνας ἐρρίζωσε τὴν τυραννίδα ἐπικούροισί τε πολλοῖσι καὶ χρημάτων συνόδοισι, τῶν μὲν αὐτόθεν τῶν δὲ ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνιόντων,* simul indicares quomodo fieri potuerit ut Neapolis *παρ' Ἀντίσαραν* postea eodem typo nummos cuderit. Sed videamus quid notum sit de metallis apud Strymonem ut coniecturam faciamus de illis quae Pisistratus occupaverit, nam hic de metallis agi nemo negabit.

Aurea metalla Dati, quae regio pediti non multo plus quam diei, navi dimidii tantum diei spatium a Strymone aberat, aeque bene his verbis designantur ac argentea Myrcini, de quibus hucusque viri docti cogitaverant. Sic Strabo (frg. 36) Neapolim et Daton *παρὰ δὲ τὴν παραλίαν τοῦ Στρυμόνος* dicit. Vide etiam recentiores. Haec autem traduntur:

Thraciam anno circiter
513 a. Ch. n. occupari a Megabazo (Herod. V 2);
mox Histiaeum Myrcinum condere (Her. V 11); et inde fere statim evocari (Her. V 23, 24); deinde anno
497 (vel 99) Aristagoram ibi frustra fortunam tentatum esse (Her. V 124—6, Thuc. IV 102); circa autem annum
491 Thasios ex metallis aureis Scaptensulae reditum annuum LXXX talentorum ducere (Her. VI 46);
Athenienses, primum hegemonia occupata, Eionem, fortiter a Boga defensam, Cimone duce, expugnare (Thuc. I 98, Her VII 107); sed anno
476 Phaedone archonte, Lysistrato, Lycurgo, Cratino ducibus, cladem accipere a Thracibus (Schol ad Aesch. de fals. leg. 31);
deinde post victoriam ad Eurymedontem bellum oriri inter Thasios et Athenienses de urbibus et metallis Thasiorum in Thracia sitis; anno
465(6) Athenienses, colonia ad Strymonem missa, Leagro et Sophane ducibus, a Thracibus Drabesci Edonorum (Thuc I 100), in regione Dato [1]) (Her. IX 75, Isocr. de Pace 86), cladem accipere (Thuc IV 102);
tertioque belli anno Thasios devictos a metallis et emporiis desistere (Thuc I 101); anno iam
454 annisque sequentibus Neapolim *ἐν Θράκῃ* vel *παρ' Ἀντίσαραν* mille drachmum tributum Athenas mittere (C. I. A. 226 sqq.); anno demum

---

[1]) Regio ἡ Δάτος (χώρα) et urbs τὸ Δάτον (τεῖχος) dicta fuisse videtur.

III

437 Amphipolim conditam esse ab Hagnone (Thuc. IV 102, Diod. XII 32, Schol. ad Aesch. l. l.), eaque iam a Lacedaemoniis occupata, Thasiisque defectis, anno

409 Neopolitanos quod strenue Atheniensium partes tenuissent decreto laudari (C. I. A. IV pg. 15); anno deinde

405, post pugnam apud Aegos potamos, oram Thraciae a decem Lacedaemoniorum navibus, Eteonico duce, Atheniensibus eripi (Xen. Hell. II 2. 5); anno

373, vel paulo post, Neopolitanos iterum inter Atheniensium socios recipi (C. I. A. II 17, Dittenberger, Syll. I. G. 63);
deinde a Callistrato, exsule Atheniensi, qui anno

361 Thasum venerit (Dem. in Poluclem pg. 1220 sqq.), qui, postea ni fallor, reditum portorii Macedoniae duplicaverit (Arist. Oec. II 23), Datum urbem [1]) condi (Scylax 67, Isocr. de Pace pg. 164a), Thasiorum colonia deducta (Eustathius ad Dion. Perieg. pg. 517); Postremum anno

356 Neopolitarum legatos Athenas venisse (C. I. A. II 66) eoque ipso anno Philippum, Crenidibus captis, Philippos condere (Diod. XVI 8) totamque illam regionem, ad Nestum flumen usque, in ditionem suam recepisse (Strab. pg. 323).

In his omnibus de Pisistrato altum silentium, quod si Datum occuparit non magnopere mirandum — causae enim belli Atheniensium et Thasiorum verbo tantum memorantur — sin autem regionem ad Strymonem ipsum sitam, non video qui postea illi qui vel apertissimam fabulam narravere de Demophontis, Thesei filii, et Phyllidis (nomen illud ipsius regionis) amore et de filio ex iis nato — quid ridetis — Amphipoli, qui dico illi certam et historicam occupationem non memoraverint.

Ut breviter repetam: sunt nummi e Pisistrati tempore plerumque in Attica reperti, artissime cum Neopolitanis cohaerentes; metalla Pisistratus apud Strymonem possidebat; de metallis Phyllidis fabula excogitata fuit ut sibi ea Athenienses vindicare potuerint; Dati metalla causa belli cum Thasiis fuerunt. His autem consideratis, probabile mihi videtur Pisistratum nummos illos cum Gorgonis capite cudisse et antiqua Thasiorum metalla possedisse, utrum vi, an Thracio fortasse conubio non dixerim, quae metalla postea a Megabazo Hippiae erepta, Thasiisque utenda data, Hippiam

[1]) Nulla ex re apparet iam prius urbem Daton dictam exstitisse, immo dixerim prioribus Daton regionem tantum notam fuisse, de qua sententia non deterreor a Strabone (frg. 36) qui Neapolim Δατηνῶν πόλιν vocat, nam recte incolae regionis Dati Dateni dicuntur. cf. Steph. Byz. Ἀντίσαρα ἐπίνειον Δατηνῶν.

III coëgerunt variis modis sibi pecuniam (Arist. Oec. II V) et, filia in matrimonium data Aiantidi, Lampsaci tyranno, auxilium apud Persarum regem parare (Thuc. VI 59).

Quominus Neapolim ab Atheniensibus conditam esse suspicer non tam prohibeor a Strabone (frg. 36) *Δατηνῶν πόλις* scribente, quam ab annalibus tributorum qui Neapolim in Chersoneso sitam, distinguendi causa *ἀπ' Ἀθηνῶν* vocant (C. I. A. I. 240).

Etiamsi haec omnia merae sint coniecturae, tamen nemo, [1]) credo, negabit nummos, de quibus agitur, recte huic tempori datos esse et iis tam Athenienses quam Euboeos usos fuisse, nam ne quis credat priorem hanc seriem aeque bene atque alteram Neapoli posse dari, meminerit priorem habere pondus Attico-Euboeum, alteram Asiaticum, deinde priorem iam quadratum incusum, interdum typo ornatum, alteram longe postea non nisi bis divisum.

6a 1 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu lato, dent. extr. ore magn., mento div., crin. saepe div. propius accedens ad seriem **2** quam sequentia.
)(Quadr. inc. bis transversis lineis divisum.
Æ 17/6. 8.34 Museum Hunter. tab. 40. 3.
Æ 17. 8.19 perforatus. Mus. Br. Cat. Centr. Greece tab. 22. 2.

6b 2 Cap. Gorgonis fere idem, crin. flammarum instar diradiantibus (de iis egi sub **5**, iterum agam sub **13**; medium hoc locum occupat) summo fronte in angulum vergentibus.)(Caput exuviarum leonis in qu. inc.
Æ 32/20. 17.40 tritus. Mus. Br. Cat. C. Gr. tab. 22. 7.

6b' 3 Cap. Gorgonis fere idem sed crin. saepe div. summo fronte in angulum verg.
)(Caput et pedes anteriores exuviarum leonis in qu. inc.
Æ 23. 16.87 Coll. de Luynes. Luynes, Culte d'Hecaté pg. 37; Beulé pg. 32; 17.— Mionnet tab. 50. 1, Beulé pg. 25.
4 Cap. Gorgonis fere idem.)(Qu. inc. ut 1.
Æ 18 7. 8.50 perforatus Coll. Six.

6c 5 Cap. Gorgonis fere idem, cincinnis.)(Qu. inc. ut 1.
Æ 17. 8.53 Mus. Br. Cat. C. Gr. tab. 22. 1; 19/17. 8.45 Beulé pg. 25.
6 Cap. Gorgonis fere idem.
)(Qu. inc. ut 1, in summa parte caput exuviarum leonis.
Æ 19/7. 8.52—22 Mus. Br. Cat. C. Gr. tab. 22. 3; Head Guide tab.

---

[1]) Aliter tamen Head l. l. pg. 120 qui eos initio seculi V adsignavit. Cum autem Eretria, anno 490 funditus a Persis eversa (Herod. VI. 101), nunquam pristinas opes recuperarit, non mihi persuadeo tot, tam pulcros, nummos, ut ei qui in illo catalogo Eretriae dentur, IV seculo adsignandos esse.

III 5. 24; Mionnet tab. 41. 3; Cousinery, Macédoine II. 4. 8; v. Prokesch-Osten, Inedita tab. 1. 5.

7 Cap. Gorgonis fere idem.)(Fere ut 3.
Æ 23. 17.— Mus. Br. Cat. C. Gr. tab. 22. 8.

8 Cap. Gorgonis fere idem, cinc. longioribus.)(Fere idem.
Æ 25. — Cat. Allier de Hauteroche tab. 4. 21.

9 Cap. Gorgonis fere idem, oculis minus rotundis, demissis.)(Fere idem.
Æ 25/2. 16.81 perforatus Mus. Br. Cat. C. Gr. tab. 22. 9.

10 Cap. Gorgonis fere idem, mento magis diviso.
)(Caput et pedes anteriores exuviarum leonis, ● ●, in qu. inc. extremis rotundis.
Æ 26/4. 17.40 Mus. Br. Cat. C. Gr. tab. 22. 10.

11 Cap. Gorgonis fere idem, mento ut quae ante 10, cinc. paulo longioribus.
)(Caput adversum bovis in qu. inc.
Æ 29/5. 16.48 Mus. Br. Cat. C. Gr. tab. 22. 6, Head Guide tab. 5. 25, Num. Chron. Ser. II. XIII. tab. 7. 1.

Minora silentio praetereo.

Satis bene cum hac serie et praesertim cum **c**, 7 convenit

6c′ Cap. Gorgonis ling. exs. parva, rictu mod., dent. parv., fronte rugoso, cirris IV ord. summo fronte in angulum verg., diademate cinctum.

Argilla cocta 0.18/0.17, in Mus. Panhormitano Kekulé Sicilische Terracotten.

Ex eodem fere tempore ac nummi supra memorati, eodem certe capitis genere, sunt arma aenea quaedam in Italia meridionali reperta, quantum scio, galeae II, clipei II, ocreae et II equorum arma, caelata variis figuris.

Quamvis adhuc nihil mihi audacius videatur quam e solo Gorgonis genere, locum ubi quid factum sit coniectura adsequi velle, tanta tamen similitudine adducor ut haec arma in Attica vel Euboica regione facta esse suspicer, praesertim cum sciamus e Stephano Byz. (v. *Αἰδηψός*) Euboeos fabros ferrarios et aerarios optimos fuisse et e locis ab eo ex Epaphrodito et Callimachi Hecale laudatis appareat, praesertim eos arma fabricasse. De Chalcide potissimum cogito cuius mercatura in occidente satis nota est.

6d Cap. Gorgonis ling. exs. parv. et dent. caninis magnis ex ebore factis, oculis obliquis olim lapide vel colore (*κυάνῳ?*) expletis, crin. saepe div., singulis gradibus, potissimum cum **c**, 6 comparandum.

Æ 0.17½/0.19 Caelatum, lineis scr., aerugine corrosum, in armatura pectoris equi. In Mus. Caroliruhensi.

6e Cap. Gorgonis, ling. exs. paulo long. minus tamen lata ut **a**—**c** et dent. eburneis, rictu recurv., mento longo quadrato, ocul. eburn. ut **d** sed rectis

et naso proximis, aur. parv., crin. saepe div., binis ab utr. parte grad., lin. scriptis hic et illic divisum.

Æ 0.16/0.15 Caelatum et lin. scr. in summa [1]) ocrea, in cuius inferiore parte tres angues erecti barbati hiantes, in Mus. Caroliruhensi.

Tertium parvulum in armatura frontis equi caelatum est cuius ectypum gypseum non habeo [2]).

Duo haec capita, una fortasse manu, eodem certe tempore facta, satis tamen diversa quod ad singulas partes adtinet, toto tamen conspectu similia inter se et nummis supra memoratis, si quae alia nos docent ipsum illum conspectum qui verbis definiri vix queat pluris momenti esse quam singulas partes.

Cum **d** conferre potes nummum ex Asia certe, verum ex quanam urbe nescitur, oriundum. De Mileto cogitarem si pondus quadraret.

6d′ Cap. Gorgonis ling. exc., dent. non nisi magn., ment. div., naso bipertito, ocul. rotund., cinc. In summo capite IV esse angues dixerim, sub malis barbae vestigia, quae ceterum in nummis semel tantum deprehendi. cf. 8δ.

)(Ornamentum e foliis et floribus in qu. inc.

AR 19. 11.05. Coll. Societatis de propaganda fide, Romae.

Cum **e** coniungere velim, quamvis minus antiquum sit,

6e′ Cap. Gorgonis ling. exs. dent. magn., mento quadrato, inauribus in parv. aur., pupillis et ciliis, crin. saepe divisis aut undantibus.

Valde magnum, nigro et purp. pictum in patina maxima fere alba. Opus Etruscum? Mus. Lup., Coll. Campana.

Minus quoque antiquum et non nisi quadam dubitatione hic recensendum videtur

6e″ Cap. Gorgonis ling. exs. magn. lata, rictu lato, mult. dent. parv. extr. ore magn. fere ut **1b**, naso e quatuor semicirculis consistente, oculis obliquis, ciliis, fronte rug. ut **c**′, inauribus, crin. brev. passis? summo fronte in angulum verg., circulo cum XXVIII anguibus circumdatum.

In medio cylice. Luynes, Culte d'Hécaté pg. 37, Musée Blacas tab. 10, Müller-Wieseler tab. 72. 906. Rep. Tarquiniis.

Sequatur deinde series nummorum Neopolitanorum.

Primo loco esto parvus nummulus huic urbi, potius quam eidem, cui prima series, tribuendus propter locum ubi repertus est.

---

1) Conferas velim ocreas Menelai in cotyle r. fig. quam HIEPONEΓOIEƩEN et MAKPONEΛPAΦƩEN (Gaz. Arch. 1880 tab. 7, 8. Benndorf V. Bl. C. 1. 1. Klein 21) capite Gorgonis, grad. defl. ornatas.

2) Ectypa supra descripta deboo curae et benevolentiae viri doct. Lindenschmit.

III

6f 1 Cap. Gorgonis ling., si bene video, exs., mento div., superciliis maximis, cinc., maxima ex parte terebra factum.)(Incusum rude.
AV 5. 0.31 Coll Six (Cat. Borrell 1852 N⁰ 39) rep. prope Thessalonicam; Coll. v. Prokesch-Osten, Arch. Zeit. 1849 pg. 90. 7 e Macedonia. Nescio utrum tertium exemplar, diversum a suo e coll. Garreri ediderit Borrell (Num. Chron. III. pg. 139) quod prope Neapolim repertum dicit, an in catalogo „prope Thessalonicam" idem ac „in Macedonia" valeat.

Cetera series, quamvis e priore nata, tamen paulo iis sub 8, memorandis propior videtur.

6g 2 Cap. Gorgonis artis minus antiquae, ling. exs., rictu recurvo, dent. caninis magn., oculis oblongioribus, cincin. longioribus.)(Qu. inc. ut a.
AR 19. 9.52 Mus. Br. Head Guide tab. 4. 6; Cat. Maced. pag. 83. 1.

6h 3 Cap. Gorgonis fere idem, oculis etiam oblongioribus, fronte superciliis rugosis [1].)(Qu. inc. in quatuor quadratis divisum.
AR 20—18. (9.80—30 Brandis pg. 537) K. Münzkab. Berl. 1877 tab. 4 N⁰ 289; Mionnet Supl. III. tab. 7. 5; Cousinery Macéd. II. tab. 4; Cadalvène pg. 68. 1; Cat. Allier tab. 4. 20; Luynes Choix tab. 9. 8; Mus. Br. Cat. Maced. pg. 84. 6.

6i 4 Cap. Gorgonis gracilius, mento longiore, pupillis, superc. magn., toto fronte cinc. operto.)(Qu. inc. ut 3.
AR 17. 4.21 Mus. Brit. Cat. Maced. pg. 84. 8.

6i' 5 Cap. Gorgonis fere idem verum adspectu antiquiore, mento div., cinc., diademate cinctum.
)(Caput d. muliebre in qu. inc. Ω∃ ⅂Z ολιτῶν.
AR 15/3. 1.72 tritus. Bibl. reg. Hagae comitis.

6i'' 6 Cap. Gorgonis fere idem ut 1.
)(Caput d. muliebre in area cava ΝΕΩΓολιτῶν.
AR 14. 1.68 (1.91 Mus. Br.) Coll. Imhoof.

6k 7 Cap. Gorgonis fere idem, auribus maioribus, paucioribus cincinnis.
)(Caput d. muliebre in area cava ΝΕΟΓολιτῶν.
AR 14. 1.90 (1.92 Mus. Br.) Coll. Six.

6l 8 Cap. Gorgonis mollius et ab imo latius.
)(Caput d. muliebre in ar. c. ΣΕΟπολιτῶν.
Æ 10. 1.65 Bibl. reg. Hagae comitis.

---

[1]) Cum hoc comparandum est unum e Gorgonum capitibus apud Hope (Costumes des Anciens tab. 156); cetera eo loco depicta vix fide digna videntur.

III

9 Cap. Gorgonis fere idem, cincinnis ut **k**.

)(Caput d. muliebre in ar. c. $\frac{N\ E}{\Gamma\ O}$*ολιτῶν*.

Ꭿ 14. — Cadalvène tab. 68. 3; Cousinery Macéd. II. tab. 4.

10 Cap. Gorgonis fere idem.

)(Caput d. muliebre laureatum in ar. c. ΝΕΟΓΟΛΙΤΩ*ν*.

Ꭿ 16. 3.45 Coll. Imhoof. M. Gr. pg. 84 N° 94.

11 Cap. Gorgonis fere idem.

)(Caput d. muliebre laureatum in ar. c. $\frac{N\ E}{\Gamma\ O}$*ολιτῶν*.

Ꭿ 16. 3.76 Mus. Br. Cat. Maced. pg. 85. 14.

6m 12 Cap. Gorgonis fere idem, rictu parviore, cinc. non distinctis. circum monile.

)(Dea Virgo adversa, d. pateram, s. florem tenens. ΝΕΑΠΟΛ .—ΤΩΝ (sic).

Æ 19/8. — Mus. Berol., Schoene Gr. Reliefs pg. 24 ad N° 48.

Inter **l** et **m** medium tenet.

Caput Gorgonis fere idem sed crinibus passis.

)(Ramus vitis in qu. inc. Ρ—ΩΑ.

Ꭿ 10. 0.62 Bibl. Fr.-G. (Parium N. 649).

Hic nummulus Parisiis propter inscriptionem quae ΓΑ—Ρ legebatur Pario datus, mihi propter Neapolis et Saratoci typos (vide v. Sallet Z. f. Num. I. pg. 164) regulo cuidam Thraciae potius tribuendus videtur. Non tamen, ut crederes, ΣΑ—Ρ inscribitur, quare suspicor successorem exstitisse Saratoco, cuius nomen barbaricum per *Ρωα* (aut *'Ωαϱ?*) incipiens aliquando fortasse ex aliis nummis apparebit. Tale fere nomen apud Dionem Cassium (LI 24, 26) occurrit, ubi *Ρώλης* quidam, Getarum rex, memoratur.

Iis rebus consideratis quae de tempore prioris seriei dixi certe **f** et fortasse etiam **g** e VI seculo sunt; **h** et **i** minime raros V seculum ad annum 405 usque implere, collatis ceteris Thraciae Thasique nummis, necesse videtur; deinde **i'** libertatis testimonium nomen civitatis prae se ferre aliosque omnes, dempto fortasse **l**, ante regnum Philippi recte locum obtinere crediderim.

Cum **6g** comparandum est

6g' Cap. Gorgonis ling. exs., rictu recurvo, dent. pluribus magn., ocul. oblong., aur. parv., cirris II ordin., XIV ang. barbatis ore hiante.

Argilla cocta, manu ut videtur ficta. Acroterium? rotundum. Mus. Lup. Coll. Campana.

Invitus, nam antiquiora multa supersunt, ad nummos Olbiae et ornamenta ad Bosporum Cimmericum reperta progrediar, sed tanta in iis inest similitudo ut disiungi nequeant.

III

6ε Cap. Gorgonis ling. et dent. nullis, quae utrum olim fortasse eburneae fuerint an nunquam exstiterint non habeo dicere, magn. aur., cinc., ternis ab utraque parte gradibus.

Æ? In manica. Antiq du Bosp. Cim. tab. 28. 7.

Similitudo est cum e sed non tanta ut necessaria haec ex eadem armorum fabrica esse dixeris, cum tamen multo maior sit quam inter d et e, non adversabor quominus quis illud contenderit.

Nummi Olbiae Borysthenis sequantur:

6η 1 Cap. Gorgonis ling. exs., naso recto, null. aur., pupillis, cinc. e binis circulis constantibus.

Caput hoc, satis altum, exiguam habet similitudinem cum Neopolitanis, maiorem cum 6η'', Coroneae 1.

)(Rota IV radiis inter quos ΑΡϷ+οῦ [1]).

Æ flatum 40. (21.45 Ouaroff) Koehler, Tarichos 9.

2 Cap. Gorgonis fere idem, mento acutiore.

)(Rota IV radiis, minus ad naturae similitudinem facta. ΑΡΙΧοῦ.

Æ fl. 41/39 29.— Coll. Six.

6ι 3 Cap. Gorgonis latius, similitudinem cum i' praebens, ling. exs., parv. dent., mento paululum diviso, pupillis, magn. superc., cinc. e binis circ..

)(Aquila maritima d. volans, unguibus delphinum tenens, circum ΑΡΙΧοῦ.

Æ fl. 67. 116.65 [2]) pulcerrimae conditionis Coll. Six, antea penes Lemmé (Cat. N. 139); Waxel Receuil etc. N. 47; Sestini, Lett. N. S. IV tab. 5. 2.

---

[1]) De his litteris viri docti nullam non ausi sunt coniecturam quas omnes pertractare taedet, praesertim cum, mea quidem sententia, unicam veram opinionem in Museo Kotchoubey (pg. 33 sqq.) iam publici iuris fecerit de Koehne, qui totus, ut videtur, pendet a comite Ouaroff, cuius opus non vidi, cuiusque operis titulum, Sarmaticis litteris scriptum, ne legere quidem potui. Recte hic vidit litteras ΑΡΙΧ (in parvulis delphinis aeneis ΑΡΙΧΟ); ΠΑΥΣ in nummis, hisce persimilibus, paulo antiquioribus, capite galeato Minervae; et ΘΥ itidem in delphinis, nomina esse magistratuum. Equidem tyrannorum potius dixerim, sed de hac re nihil certo certius affirmandum. Cum autem nomina quae per Παυσ et Θυ incipiant satis multa sint, sed lexica nostra nullum per 'Αριχο exhibeant, hic fortasse non longius a veritate aberravit vir doct. Froehner (Cat. Lemmé pg. 24) monens Arrichorum populum, testibus Strabone (pg. 495) et Ptolemaeo, non ita longe ab Olbia afuisse. Lubenter coniecerim Arrichorum hospitem publicum Olbiopolitam nomen Arrichum filio dedisse sic ut alii Thessalum vel Lacedaemonium. Nota sunt exempla. ΑΡΙΧΟ igitur interpretandum 'Αρριχοῦ.

[2]) Pondus horum nummorum sic videtur distribuendum. Non nisi gravissima exemplaria enumero.

N°. 3 Coll. Six	116.65 (sc. l. 120 = X stateres Aeginetici)	ὀβολός?
Caput s. Minervae.)(Rota ΠΑΥΣ. Moscoviae	29.72 (sc. l. 30 = quarta pars)	τεταρτεμόριον?
N°. 5 Ouaroff	15.05 (sc. l. 15 = octava pars)	χαλκός?

Quae nomina si recte dedero coniectura fortasse adsequi poterimus quid lateat in locis adhuc obscuris decreti in honorem Protogeni Olbiopolitae C. I. G. 2058 A v. 70 et B v. 43:.....

III

4 Cap. Gorgonis fere idem sed paulo mollius et cinc. e ternis circulis.
)(Idem ac 3.
Æ fl. 67. 114.— Bibl. Fr.-G.; 111.42 Ouaroff; Koehler, Tarichos 8; Sestini Lett. N. 1. IV tab. 4. 4; Blaremberg, Olbia tab. 1. 1.
5 Cap. Gorgonis simile, ore clauso, parv. cinc.)(Rota ut 2 ΑΡΙΧοῦ.
Æ fl. 30 (15.05 Ouaroff.) Koehler l.l. 11; Blaremberg, tab. 1. 5.
Æ fl. 28. 10.— Coll. Six; Koehler l. l. 10.

6f 6 Cap. Gorgonis ling. exs., pupillis, crin. passis medio div.
)(Aquila sedens in delphino.
Æ fl. 35. (19.45 Moscoviae) Blaremberg tab. 1. 2.

(IV 2a) 7 Cap. Gorgonis tumidum, ore clauso, mento div., buccis inflatis, crin. brev. medio div.
)(Aquila s. sedens in delphino $^{\text{ΟΛ}}_{\text{ΙΒ}}$οπολιτῶν.
Æ 35. (37. 20.14 Moscoviae) Cat. Gréau N. 997; Blaremberg tab. 1. 3.

(V 1b) 8 Cap. (et collum) Gorgonis ore clauso, pupillis, crin. sparsis medio div. a re nescio quadam, torque et monili in collo.
)(Aquila adv. capite d. sedens in delphino ΟΛΒΙΗϚ.
Æ fl. 67. — Waxel Recueil etc. N°. 48; Sestini, Lett. IV tab. 4. 2 (male.)
9 Cap. Gorgonis fere idem, crin. spars. med. div.)(idem ac 8.
Æ fl. 67. (108.93 Ouaroff) Blaremberg tab. 1. 4; Sestini, Lett. IV tab. 4. 2.

(VII 1c' 10 Cap Gorgonis advers. ad. sin., crin. spars., alatum?, II ang. cinctum.
)(Delphinus s. supra ΟΛΒΙΟπολιτῶν, infra ΚΡΙ in area cava.
Ꭿ 19.— 1.70 (1.90 Coll. Sibirsky) Musée Kotschoubey tab. 1. 3.

Huius seriei exemplar ι, propter similitudinem cum nummo Neopolitano i, postremum ad initium seculi IV adiudicandum videtur neque primum exemplar η propter antiquissimas litteras ϱ et ι, licet caput Gorgonis non sit antiquissimum, seculo V posterius esse crediderim. Magna pars IV seculi ab ι, f et 7 expleatur necesse est nam adversa pars nummorum 6 et 7 ad exemplar nummorum Sinopae facta, iis certe non antiquior vide-

---

ἐπηγγείλατο εἰς τὴν σιτωνίαν χρυσοῦς χιλίους, οὓς παραυτίκα ἐνέγκας ἔδωκεν. ὧν τοὺς τριακοσίους ἀτόκους εἰς ἐνιαυτόν, καὶ δοὺς χρυσίον πᾶν χαλκὸν ἐκομίσατο ἐκ τετρχκισίων et .... ἀναλώσας τε εἰς ἀμφότερα τὰ τείχη χρυσοῦς χιλίους πεντακοσίους καὶ τὸ πλεῖστον διαλύσας χρυσίον ἐκομίσατο χχλκὸν ἐκ τετρχκοσίων.

Hi χρυσοῖ, nummi aurei Philippei capiunt fere 100 obolos Aegineticos, 400 igitur τεταρτεμόρια. Licet igitur coniicere nummos illos aeneos Olbiae, quorum maximam varietatem in quovis opere de iis rebus agente invenias, qui nostris minus sint antiqui, idem valuisse ac eos quos tetartemoria dixerim, etsi multo leviores fuerint, nam ea ipsa de causa laudaretur Protogenes. Olbiae saeviebat illud malum quod in India nostra dicitur „duitenplaag".

III

tur. Horum autem postremi quorum tempus novimus inscripti sunt nomine Ariarathis qui anno 322, annos natus LXXXII occubuit. 7 primus habet nomen civitatis, temere tamen esset suspicari velle ex iis rebus quas narrat Macrobius (Sat I. 11. 33: Zopyrione urbem oppugnante (anno 331) servos esse liberatos, civitatem peregrinis datam, tabulasque factas novas) tunc primum liberatam esse rempublicam nomenque civium nummis impositum.

De tempore autem ultimorum 8 et 9 infra videndum, nunc tantum addam in aversa parte, simillima aversae stateris aurei (Cat Lemmé N°. 127) et argentei (Mus. Brit. Cat. of Thrace pg. 11. 1) nihil esse quod nos prohibeat quominus hos nummos III seculo adscribamus, hic enim temporis definitio in catalogo Musei Britannici firmis vix nititur argumentis.

Redeamus ad antiquiora et quidem ad bracteas aureas, quibus olim vestes ornari solebant, cum aliis rebus IV seculo adsignandis, in tumulis Bospori Cimmerici repertas.

6κ Cap. Gorgonis summa similitudine cum **i** et **k**, ling. exs. parva, dent. parv., inaur., cinc. ut **i**″.

AV Ant. d. Bosp. Cim. tab. 21. 17.

Cap. Gorgonis, fere idem, maiore etiam cum **k** similitudine.

AV XIV exemplaria Compte-rendu 1876 tab. 3. 11.

Cap. Gorgonis fere idem, nullis dentibus.

AV I et IV exempl. Compte-rendu 1877 tab. 3. 10, 20.

6κ′ Cap. Gorgonis ling. exs. magn., dent. null., nullo fere fronte, null. crin., sed IV ang.

AV V exempl. Compte-rendu 1877 tab 3. 21.

Huic addam, huic enim minus quam aliis dissimile est

Cap. Gorgonis, ling. exs. magna, rictu lato, II dent. magn. oculis obl., inaur ? crin. brev., circum gradus.

AV Compte-rendu 1877 tab. 3. 9.

6λ Cap. Gorgonis fere idem ac **l**, ling. breviore, superciliis punctis indicatis. circum monile.

AV XIV exempl. Compte-rendu 1876 tab. 3. 10.

Cognata deinde seriem efficiant:

6i Cap. Gorgonis quadam cum **i**″ similitudine, ling. exs. parva, fronte rug., crin. med. div. comptis, ab utraque parte defl., in collo monili, VIII anguibus.

Duodecies et minutius iterum duodecies in patera aurea. Ant. du Bosp. Cimm. tab. 25.

6f Olbiae nummus 6 supra memoratus.

III
6n Cap. Gorgonis rotundum, ling. exs., rictu recto, dent. parv., pupill., crin. med. div. compt..
Æ Ornamentum loricae coriaciae [1]) cum qua in pectore cadaveris repertum est. Compte-rendu 1877 tab. 2. 1.

Nummuli Coroneae, nisi tam parvi essent, ad aetatem plurimorum generum definiendam essent apti quod ipsorum aetas satis accurate definitur. In his rebus secutus sum Head, ducem peritissimum, qui accuratissime de nummis Boeoticis disquisivit (Num. Chron. III. I); paululum tamen ab eo dissentio. Secundum eum Coronea nummos cudit usque ad annum 480 sine Gorgonis capite, deinde ab anno 456 ad 446 et a 387 ad 374 cum capite Gorgonis in aversa parte, deinde anno 364 diruta est. Jure autem, me quidem iudice, ille in Catalogo Musei Britannici (Central Greece pg. 46) N. 6 (meum 1) priori spatio adsignavit, iure etiam alteri N. 7 (2) et N. 8 et fortasse N. 9 (3). Dubitatio oritur de N. 10 siquidem is idem est atque ille quem edidit Sestini (Mus. Fontana II tab. 4. 13) (4), neque omnino video qui N. 11 (5) et ille quem vir doct. Imhoof-Blumer (Num. Zeitschr. 1877 tab. 1. 57) (6) ediderit ante annum 374 cusi essent. Cum autem 3, 5, 6 obolo Aeginetico leviores sint (0.66, 0.70, 0.72) et litteris K O careant, eos aetati recentiori, scil. post pugnam apud Chaeroneam, anno 338, et aliis Boeotis tribuere non dubitassem, nisi me 4 prohibuisset qui solito pondere est et K O inscribitur et tamen a 5, 6 disiungi nequit. Difficultatem non explico. Nescio utrum coniiciendum sit, Coroneam post annum 338 restitutam esse [2]), an, praeter opinionem meam, caput Gorgonis pulcrum, quod nihil inhumanum haberet nisi crines anguium instar retortos, iam ante annum 374 natum esse sit iudicandum.

456—446 1 Scutum Boeoticum.

6η'')(Cap. Gorgonis satis altum, forma ut 6η, ling. exs., rictu mod., ocul. magn., cinc. in qu. inc. K O / R O νέων.
Ꭿ 12. 2.90. Mus. Brit. Cat. l. l. tab. 7. 6, Head, Num. Chr. III. I. tab. 9. 2, Millingen, Ancient Coins tab. 4. 8.

387—374.

14 2)(Cap. Gorgonis parvum, ling. exs., crin. med. div. in ar. cav. K Oρωνέων.
Ꭿ 10. 0.97 Mus. Brit. l. l. tab. 7. 7, Millingen, Anc. Coins tab. 4. 9.

---

[1]) A+IΛΛΕVΣ in amphora r. f. (Gerhard, A. V. 184) thoracem Gorgonis capite ornatum habet.

[2]) Si hos recte his annis adsignavero non dubito quin alii nummuli eiusdem temporis inveniantur; ex. gr. e Mus. Brit. l. l. Coparum N. 1 ubi nomen civium omnibus litteris scribitur, Orchomeni N. 33 qui iam pro EP habet ϘO quod ceterum non nisi in nummo aeneo ei ipsi tempori tributum occurrit.

III
(IV 3)(Cap. Gorgonis maius, tumidum, ling. exs., rictu mod., bucc. infl.,
1b) cirris. in ar. cav.
AR 10. 0.66 Mus. Brit. l. l. tab. 7. 8.
338?—315?.
(V 4)(Cap. Gorgonis ore clauso, crin. ang. instar retort., in ar. cav. ΚΟ.
1a) AR 10. — Sestini Mus. Fontana II tab. 4. 13.
(AR 10. 0.83 Mus. Brit. l. l. N. 10).
5)(Cap. Gorgonis fere idem pulcrum, crin. longioribus, in ar. cav.
AR 11/0 0.70 Mus. Brit. l. l. tab. 7. 9.
6)(Cap. Gorgonis fere idem, maius, altius, in ar. cav.
AR 11/9 0.72 Coll. Imhoof. Num. Zeitschr. 1877. tab. 1. 57.

A sexta familia non alienum videtur, proprio tamen loco recensendum

7 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu recto, dent. caninis magn., inaur., ornamentis aurium loco, fronte rug., cinc. parv. long., ab utraque menti parte angue barbato.

Argilla cocta, picta flavo rubro subnigro. Acroterium. Athenis sub rudèribus (Bauschutt) Parthenonis repertum. (*Ἀρχ. Ἐφημ.* *ἀρ* 6; Ross. Arch. Aufz. VIII. 1 male; bene La Borde, Parthenon in titulo; aliis locis).

Ante annum igitur 480 factum est. Quominus hoc caput multo illo anno antiquius esse dixerim propter labra nasum oculos genas, quamvis distorta, tamen fere humana et molliora prohibeor.

Sequantur tres familiae **8**, **9** et **10** quae, quamvis necessario distinguendae, disiungi vix possunt. Ut saepe a dissimillimis incipiendum, quamvis postea vix scias cui familiae unum quidque sis daturus.

8a Cap. (et collum) Gorgonis ling. exs., rictu valde recurvo, dent. extr. ore maximis, naso tripertito, ocul. max., parvo fronte, crin. ab utraque part. defl.

Argilla cocta. Acroterium? in Mus. Panhormitano [1]).

8α Gorgo d. genu d. iacens, veste brevi, capite adverso, ling. exs., rictu recurvo, dent. caninis magn., cinc. olim pictis (ut pupillis ceterisque partibus omnibus), IV ab utraque parte grad. in umeris defl., prope aures vitta religatis, capta a Perseo d., gladio recto eius caput abscidente, dextra iam Pegasum d. tenet.

In metopa e poro facta templi Selinuntis C. Benndorf, Met. v. Sel. tab. 1; aliis locis.

---

[1]) Photographemate uti licuit viri amicissimi doct. U. P. Boissevain.

III

8a Cap. (et collum) Gorgonis, ling. hodie fracta, rictu recurvo, dent. caninis magn. inaur., cinc.? III ab utraque part. grad.

Argilla cocta flava. In acroterio. Rep. in loco hodie *Mont'Alcino* dicto. Lugduni Bat. II. 424. Janssen Terracotten etc. te Leiden tab. 2. 7. (male).

8A Cap. Gorgonis longe minus antiquum, ling. exs., rictu recurvo, dent. caninis magn., inaur.? crin. med. div. undant., coronatum ornamentis nunc fractis nam de anguibus cogitare non ausim.

Argilla cocta. Acroterium. Mus. Syracus. Kekulé, Sicilische Terracotten. Huic addas velim

8B Cap. Gorgonis ling. exs., rictu mod., dent. magn. tantum, inaur. magn., crin. undantibus.

In ansa vasis aenei. Levezow 22.

8*A* Cap. Gorgonis, ling. exs. dent. parv. tant., mento div., buccis infl., ocul. despicientibus, cinc. II ordin., diademate cinct., crin. defl. vel barba fere ut 2e quod sua vice, capitis forma, non ita longe ab 8*α* abest.

Argilla cocta, in Mus. Panhormitano [1]. Kekulé Sicilische Terracotten.

Satis dissimilia hic coniunxi sed quoniam quaedam similitudo, praesertim in ore et buccis inesse videbatur, malui maiorem quasi gentem constituere quam plurimas familias quarum singula tantum exempla haberem. Sed aetas quoque satis diversa est nam inter a et A longius intercedit intervallum. De aetate ex externis indiciis fere nihil constat, illud tantum concedatur necesse est, non ante initium seculi VI, Selinus enim anno 628 condita est, *α* sculptum esse posse. Caput autem hoc libentius non multo ante medium seculum VI esse crediderim, eius enim artis exempla ante medium seculum desidero. Quid si priscae antiquitatis indicia quae metopae illae exhibere dicuntur non tantum infantiae artis debeantur? Rectissime, ni fallor, iam observavit vir cl. Benndorf, ipsum illud caput Gorgonis, ceteris capitibus in metopis longe praestantius, sine dubio ad exemplum esse factum. Qui illud igitur exemplum fecit, artifice Selinuntio necessario peritior fuit.

Ex eodem fere tempore statuae duae Cypriae, Gorgonum capitibus ornatae, esse videntur.

Cum enim Aegyptiaco ornatu vestitae sint, e tempore dominationis Aegyptiacae esse videntur, quod si accuratius definiri adhuc nequeat, regno tamen Amasis, primis postremisque annis deductis aequandum videtur. Ab anno igitur circiter 560 ad annum fere 525 duravit.

---

[1]) Photographemate uti licuit viri amicissimi doct. U. P. Boissevain.

III

E capitibus illis antiquius esse videtur

9a Cap. Gorgonis, ling. magis a sinistra parte exserta, acutiore, rictu rectiore, dent. parv., mento div., genis extima parte acutioribus, naso lato, ocul. parv., superc. magn., aur. alte positis parv., infra II anguibus retortis et II anguibus Aegyptiacis alatis disco et crescente coronatis, quarum pars posterior ab artifice omissa est.

In veste ab Aegyptiis *schenti* dicta, in statua ornatu Aegyptiaco, e calce facta, Golgis reperta, in Mus. Eboraci novi. L. Palma di Cesnola, Ant. of Cyprus tab. 12.

Cum hoc necessario iungendi, quamvis seculo certe minus antiqui, nummuli editi a viro doct. Imhoof-Blumer (Mon. Gr. pg. 466. 39—41) quorum origo non constat, qui mihi Ciliciae attribuendi videntur [1]).

9b 1 Cap. Gorgonis, forma fere ut **a**, ling. exs., rictu paulo altiore et recurviore, dent. pauc. parv., genis minus acutis, ocul. parv., crin. med. div., alatum duabus alis e fronte pendentibus, infra ala a s. ad d., supra ala?
)(Gorgo aversa d. currens veste longa, alis paululum recurvis, capite adverso, ling. exs., anguibus? circumd., in qu. inc. lineari. Vide pg. 13 N. 3.
Æ 10. 1.25 perforatus Dresdeni l. l. 41 tab. J. 23.

9c 2 Cap. Gorgonis minus antiquum, ling. exs., rictu breviore, ocul. maioribus, alis ut **b**.
)(Harpyia d. IV alis, in qu. inc.
Æ 15. 3.77 Coll. Imhoof; 3.90 Coll. de Luynes; 3.77 v. Prokesch-Osten, Inedita 1854 tab. 4. 7 (non bene).

8/β Cap. Gorgonis, ling. exs., rictu recurvo, dent. suo loco magn., naso tripertito, aur. magn. cinc.?, XI ang. circumd. quorum IV inferiores longiores sunt et quidem exteriores II retorti, alteri II alati, disco coronati, fere ut in **9a**.

In veste *schenti* dicta, in fragmento statuae Cypriae, Aegyptiaco-Cyprio ornatu (Ornamentorum quae a cingulo ad pectus deducuntur certa quoque

---

1) Iam ante quam nummum l. l. sub 42 memoratum cognoram, illud propter artis similitudinem cum nummis quos Imhoof (Mallus etc. Annuaire d. Num. 1883 tab. 5) edidit persuasum habebam, post quam ille mihi ectypum misit, nulla superest dubitatio. Nam 39 et 40 sine dubio cum 42 iungendi sunt, et 42 tamen Gorgonem nullam exhibet sed figuram manifeste virilem, nudam, umeris pedibusque alatis, s., currentem, prorsus similem illi, quae Mallo tribuitur l. l. 5. 1. Si mihi quispiam fortasse obiecerit recte 42 quod ad pondus (3.—) cum illis (11.80—50) quadrare, minus bene 39 (3.90—71) et 40 (1.81), meminerit velim nos adhuc fere non nisi stateres Mallotarum cognitos habere, stateris autem l. l. sub 5—18 memorati (11.70—23) tertiam partem (3.90—74) prorsus cum pondere nostro convenire.

III

sunt vestigia in statua Golgis reperta, etsi hodie vix apparent.) e calce facta, reperta Idalii (?) Mus. Berol. Arch. Zeit. 1863 tab. 171 [1]).

Huic simillimum est caput in nummo Cyprio qui, postquam eum anno fere 500 adsignavi, a patre meo (quem vide Rev. Num. 1883 pg. 368 et 301) attributus est Aristocypro, Soliorum regi, mortuo anno 499 (Herod. V. 113).

1 Caput d. leonis ore hiante, ling. exs.

8γ)(Cap. Gorgonis fere ut β magna etiam similitudine cum **6h**, mento div., aur. parvioribus, inaur. (?), crin. comptis (?), XX ang. ✳ — (‡) = (*βα.*(*σιλέως*)) *'Α.*(*ριστοκύπρου*), in qu. inc.

R 22. 10.08. Mus. Berol. K. Münzkab. 1873 N⁰. 620, 1877 N⁰. 837.

Statim addam aliud exemplum paulo antiquius ut videtur.

2 Caput d. leonis ut 1.

10a)(Cap. Gorgonis quadratum, ling. exs., mento longiore, rictu parvo, dent. magn., superc., crin. comptis?, XVIII? ang. ‡ ✳ = *βα.*(*σιλέως*) *'Α.*(*ριστοκύπρου*), in qu. inc.

R 24/1 9.10 tritus Mus. Brit.; Luynes Num. et Inscr. Cypr. tab. 6. 1.

Cum **10a** et 8γ compono, propter formam et multitudinem anguium, aliud caput quod lineis non nisi ab infima parte definitus, pro certo nulli seriei adsignari potest. Illis hoc est antiquius [2]).

Cap. Gorgonis ling. nulla, dent. pauc. magn., mento ut **10a**, oculis ut 8γ, fronte rug., XXII ang. partim introrsum, partim extrinsecus collocatis.

Albo in subnigro in clipeo pugnantis.

(IV pugnantes, II fragmenta equorum et canum, avis. Memoratu dignum videtur caput leonis, cuius pars prior alterum clipeum ornet, quam maxime congruere cum eo quod in nummis Aristocypri spectetur).

Fragmentum sarcophagi ex argilla cocta, pictum subnigro purpura flavo in albo, repertum prope Clazomenas. Journ. of Hell. Stud. IV. tab. 31.

His autem demissis redeamus ad seriem 8.

Proximum ad 8γ accedit nummus ex Lesbo oriundus ut Leake (Num. Hell.) demonstravit.

8δ 1 Cap. Gorgonis ling. exs. magn., dent. caninis magn. tantum, ocul. oblong, cinc., barbae vestigiis.)(Qu. inc. parvum, cuneis ornatum.

---

[1]) Chartaceo usus sum Gorgonis ectypo quod debeo viro amicissimo doct. P. Wolters.

[2]) Iis quae de aetate disseruit Dennis (Journal of Hell. Stud. IV. pg. 14) uti non possum, nam primum quo tempore Clazomenii, metu Persarum, in insulam migravere non narrat Pausanias (VII. 3. 9), deinde e Pausania ipso et potissimum ex Aristotele (Pol. V. 2. 12) mihi videre videor Chytrium non longius ab insula afuisse sed in ora maritima ipsa insulae opposita, quacum sententia vix Strabonem (pg. 645) pugnare crediderim.

III

ST [1]) 21. 14.46 (14.35—15 Brandis) Coll. Six; Rev. Num. 1863 pg. 328 (non bene).

Huic statim adiiciam hectas Phocaidas quae probabili coniectura Lesbo tribuuntur (vide Gardner Samos, Num. Chron. 1882 pg. 223 sqq.).

8ε 2 Cap Gorgonis ling. exs., rictu maximo, dent. caninis magn. tant., aur. magn, crin. null., XIV ang.

)(Caput d. Herculis in pelle leonis incusum, post quod incusum rude.

EL 10. 2.52. Coll. Six; Mus. Hunter. tab. 66. 7 (male).

3 Cap. Gorgonis ling. exs., crin. med. div.)(Qu. inc. quadripertitum.

ST 7. — Bibl. Fr.-G.

14a 4 Cap. Gorgonis vix distortum, ling. exs., dent. parv., crin. med. div., IV ang.. De eo vide infra.)(Caput exuviarum leonis incusum.

EL 10. — Bibl. Fr.-G. duo exempla.

5 Caput d. imberbe auribus caprinis?, supra oculus?.

)(Cap. Gorgonis, interdum ling. exs., interdum ore clauso, magn. buccis, crin. passis med. div., in qu. inc. lineari.

EL 10/9. 2.49. Coll. Six; Mus. Berol.

Cum 8ε licet conferas hectam Cyzicenam:

Cap. Gorgonis ling. exs., aur. null., VIII ang., infra thynnus.

)(Qu. inc. quadripertitum.

---

[1]) ST(annum) scripsi quod sic recte omne mixtum ex argento et alio metallo albo, etiam si id plumbum nigrum non erit, vocari videtur. Cf. Plinius XXXIV § 160: Nunc adulteratur stannum addita *aeris candidi* tertia portione in plumbum album.

Auxilio viri amicissimi doct. H. Bückmann et viri doct. P. C. Kaz. pondus specificum, ut loquuntur, quatuor nummorum e coll. Six determinavi. Eos argentum continere e colore suspicarere. Ratione ducta tibi apparebit id non plumbo albo mixtum esse posse, quod exemplar 4, totum plumbeum aerugine carere non potuerit. *Zincum* (Nonne id aes candidum Plinianum?) igitur argento mixtum videtur.

Typi.	)(Qu. inc.	volumen	pondus	p. spec.	Ʀ et Pl. A.		aut Ʀ et Z.	
1) Quadratum in clipeo?	rude	1.688	15.2295	9.042	%64	%36	%70	%30
2) Cap. Gorgonis	cuneis	1.6945	14.4625	8.535	„ 48	„ 52	„ 57	„ 43
3) Capita vitulorum	idem	1.2865	11.1245	8.725	„ 58	„ 42	„ 62	„ 38
4) Idem	maius	1.5175	11.081	7.3022	„ ½	„ 99½	„ 17½	„ 82½

Argenti publice adulterati antiquissimum testimonium exstat apud Demosthenem (adv. Timocr. pg. 766). Solon ibi (ut Euripides, frg. Oed. V) in duplicem vim verbi νόμισμα (νόμος lex et νοῦμμος? pecunia) ludens, haec profert.... ἀργυρίῳ μὲν πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ φ α ν ε ρ ῶ ς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλυβδον κεκραμένῳ χρώμεναι κ. τ. λ. Nummi Lesbii antiquissimi (Inter 1 et 2 duo genera inserenda videntur: Caput d. leonis, ore hiante)(Inc. rude. ST 15.20—05 et Caput exuviarum leonis)(Inc. rude. ST 14.80. Brandis pg. 449) tempore Solonis vix recentiores sunt, neque alii adulterati aeque antiqui adhuc reperti sunt.

III
EL 12.? — de Blaremberg, tab. 2. d. (male).

Inter 8δ et ε, quod ad tempus adtinet, inserenda videtur series undique conquisita nummorum, qui, ex Asia omnes, maxima parte, si non omnes, uni eidemque urbi tribuendi sunt. Quorum exemplaria, ectypa aut imagines non vidi eos uncis circumdabo, nihil enim hic omittendum putavi.

1 Leo s. cubans, rem nescio quam devorans, circum monile, in area: Cap. Gorgonis inversum, ling. exs., buccis latis et granum avenae?.
)(Aper alatus s., infra caput s. arietis?, in qu. inc.
Æ 22/20. 17.23 τετράδραχμον, Mus. Brit. Head, Guide tab. 2. 21.

2 Chimaera d. (caprino capite s.)
8ε')(Cap. Gorgonis fere ut ε sed latius, XIV ang., in qu. inc.
Æ 14. 4.15 δραχμή, Mus. Br. Num. Chron. 1875. tab. 15. 10; 4.14 Bibl. Fr.-G. Mionnet tab. 51. 4. Cousinery, ligue Achéenne tab. 1. 12; 4.16 Cat. Thomas N. 1971.

3 Pars prior Chimaerae d. (caprino capite s.)
)(Cap. Gorgonis fere idem, XIII. ang., in qu. inc.
Æ 10. 1.57 tritus, τριώβολον, Bibl. Fr.-G.

4 Caput arietis s.
)(Cap. Gorgonis fere idem, XI ang., in qu. inc.
Æ 10. 1.93 τριώβολον, Coll. Six; 1.75 Fox Uned. Coins II. tab. 3. 44.
Caput arietis s.
)(Cap. Gorgonis fere idem, XIII ang. erectis, in qu. inc.
Æ 6. 0.65 ὀβολός, Bibl. Fr.-G.; (0.65 M. Ber.; 0.53 Coll. Imh. Z. f. N.'76 p. 307.)

5 [Caput arietis d.)(Cap. Gorgonis, in qu. inc.
Æ — 0.45 Coll. Imhoof.]

6 Pars prior apri alati. d.
)(Cap. Gorgonis fere idem, XIV ang., in qu. inc.
Æ 13. 3.50 πεντώβολον?, Bibl. Fr.-G.
)(Cap. Gorgonis fere idem, XIV ang., sed maius, malis minus latis, in qu. inc. maiore.
Æ 13. 3.36 Gothae.

7 [Pars prior apri alati d.)(Cap. Gorgonis, in qu. inc.
Æ — 1.95 Mus. Brit.]

8 Pars prior apri alati s.
(I 1c))(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo, dent. null., genis max., aur. parv., crin. horrent. brev., ang. nullis, quod nescio utrum natura an casu similitudinem habet cum genere I praesertim cum **1b**, in qu. inc.
Æ 8. 0.60 Bibl. Fr.-G.

III

9 Caput tauri d.

8ε')(Cap. Gorgonis fere ut cetera sub ε' memorata, crin. comptis, X ang., in qu. inc.
AR 8. 1.13 διώβολον, Coll. Six, antea penes Whittall, Cat. 1884 N⁰. 1206.
10 Pars prior tauri alati d.

10b)(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo, dent. null., genis magn., ocul. magn., IV ang. in qu. inc.
AR 10/9. 1.43 Coll. Imhoof, Mon. Gr. tab. J. 24.
11 [Sphinx d. sedens.)(Cap. Gorgonis, in qu. inc.
AR 12. 1.92 Leake Num. Hell. Ins. Gr. pg. 8; 1.91 Cat. Borrell 1852 N⁰. 209.]

10c 12 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo, dent?, buccis magn. latioribus quam **10a**, ocul. parv., aur. magn., crin. comptis, VIII ang.
)(Caput s. imberbe galea Corinthiaca, in qu. inc. globulis ornatum.
AR 11. 1.35 Coll. Imhoof, Mon. Gr. pg. 260. 158; 1.28 Mus. Hunter tab. 40. 4.
13 [Cap. Gorgonis, ling. exs., ang.
)(Caput d barbatum galea Corinthiaca, in qu. inc. globulis ornatum.
AR 11. 1.37 Coll. Imhoof Mon. Gr. pg. 260. 157.]

His nummulis facile esset alios addere qui et typos et pondus et genus artis et modum flandi feriundi communia haberent, quod tamen non faciam, id enim ab hoc opere alienum est. Unica sit exceptio nummulo qui duos postremos cum ceteris coniungere videtur.

Pars prior apri alati d.
)(Caput d. imberbe, galea Corinthiaca, in qu. inc.
AR 11 1.42 perforatus Bibl. Fr.-G.; 1.32 coll. Six; 1.30, 1.10 coll. Imhoof; 1.20 Arolsen.

Quae sub ε' memoravi, praesertim maiora 2 et 6, tantam habent cum ε similitudinem, praesertim quod ad insolitam aurium formam et ad anguium numerum, dispositionem et retortos nodos adtinet, ut hos nummos Lesbo quoque adsignare auderem, nisi a patre admonitus essem, vix Lesbios, qui argento adulterino uterentur, eodem tempore puro usos esse et cum e lapidis testimonio (Transactions of the R. Soc. of Lit. N. S. VIII pg. 549) sciamus Mytilenam et Phocaeam coniunctim aurum edidisse, nihil obstare quominus argentum Phocaicum ex eadem fabrica atque aurum Lesbium esset. Typi huic etiam melius quam illi conveniunt, nam 1 qui aprum alatum, caput Gorgonis et caput arietis?, cum leone coniungit propter illum leonem Phocaeae adsignandum est. Vide Millingen, Considerations Suppl. pg. 7 Elea.

Non tamen nego speciem quoque habere illorum opinionem qui eos adtribuant Clazomenis, quae urbs postea nummos aeneos Gorgonis capite signavit (Mionnet III pg. 66. N. 33: Cap. Gorgonis.)(ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. cygnus s.,

III capite Minervae incusus. Æ Coll. Cousinery et pg. 65 N. 27, Sestini. Descr. pg. 323); facit tamen pondus, ut videtur Phocaicum, ut eos Phocaeae potius adsignem.

Quoniam de his typis hic sermo fit, non possum quin nummulos argenteos memorem e thensauris qui Volaterris et qui prope Massiliam, in loco hodie Auriol dicto, reperti sunt. Antiquissimos continet thensaurus Volaterranus, qui ab una parte: hippocampum alatum (26 exempl), caput Gorgonis (16), caput phocae (5), caput arietis (2), caput adversum (2), caput muliebre (2), caput aquilae (1), galeam (4) et lolliginem (1); ab altera quadratum incusum rude habent. (Vide Gamurrini, Period. di Num. 1874 pg. 47). Ex Asia videntur oriundi.

Thensaurus alter, longe ditior, paulo minus antiquos continebat, qui fortasse tamen VI seculo adscribi possint. Hi omnes ex aversa parte eodem saepe quadrato incusi, eiusdem fere artis et ex eadem certe fabrica videntur esse. Hi quoque signis diversis ornantur quae maxime in Asia innotuerunt. (Vide Hucher, Mélanges de Num. 1875 p. 12).

Fieri potest ut hi quoque ex Asia illuc pervenerint. Si ex Asia sunt, Phocaeensium mercatura in hasce regiones allati sunt, neque fortasse alius urbis quam Phocaeae ipsius moneta fuerunt. Phocaeenses, postquam anno 600 Massiliam condiderunt, anno iam 543 ipsi magna ex parte in Corsicam migraverunt, unde expulsi, Italiam petierunt et Veliam condiderunt.

Cum vero mihi nummuli illi minus antiqui videantur potius crediderim tempore fere belli Persici Massilienses ob raritatem pecuniae Asiaticae, qua uti solerent, nummulos plurimarum Asiae urbium imitatos esse. In hoc opusculo tamen de ea re diligentius quaerere non licet, longa enim et difficilis est investigatio in qua oleum et operam perderem, nam Gorgonis capitis genera quae in hisce inveniuntur, se non nisi obiter cum aliis comparari patiuntur.

E thensauro Volaterrano:

10b? Cap. Gorgonis ling. exs., rictu mod., superc. magn., cinc?.)(Qu. inc. rude.
AR 7. 0.59—43 Period. de Num. 1874 tab. 3. 15.

E thensauro prope Auriol reperto:

6i? 1. Cap. Gorgonis altum, ling. exs., rictu parv., genis circum os curvatis, superc. magn., aur. magn., nullo fronte, crin. compt.)(Qu. inc.
AR 9. 1.— Coll. Imhoof; 0.65 coll. Six; Mélanges d. Num. 1875 pg. 19 N. 19.

10c? 2. Cap. Gorgonis minus, ling. exs. longa, rictu mod., aur., cirris II ord.)(Qu. inc.
AR 10/8. 0.58—54 Mélanges de Num. 1875 pg. 19 N. 20.

III

9b? 3. Cap. Gorgonis minus, ling. exs., rictu lato, malis magn. cirris?)(Qu. inc. Æ 8/6. 0.28—26 Mélanges de Num. 1875 pg. 19 N. 21.
Cum 1 compares velim

61? Cap. Gorgonis forma eadem, ling. exs., rictu parvo, aur. alte pos., crin. horrentibus.
In pectore Minervae, in amphora rubr. fig., rep. Nolae. Gerhard A. V. 94.

Abydi nummos vide apud virum doct. Imhoof-Blumer (Mon. Gr. pg. 260). Hic tantum recensebo quorum ectypa aut imagines vidi. Omnes, postremo fortasse dempto, seriei Phocaicae? contemporanei esse videntur.

1. Aquila s.

8ε')(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu max., IV + ..? ang. (pars superior non expressa est), in qu. inc,
Æ 9/7 0.95 coll. Imhoof.

8ς 2. Idem.)(Cap. Gorgonis ling. exs., dent. caninis magn., rictu magis ut in familia 1, inaur., XI ang. A—Β*υδηνῶν*, infra ········ (*ὀκτώβολον*? = *σίγλος*), in qu. inc.
Æ 17. 5.23 coll. Imhoof. Choix, tab. 9. 106.

3. Aquila s. ΝΟΝΗ ΑΒΥΔ.)(Idem ac 2.
Æ 18. 5.12 Mus. Monacense.

4. Aquila s. ΑΒΥ*δηνῶν*, in area cantharus.
)(Cap. Gorgonis fere idem, aur. null., X ang., in qu. inc.
Æ 10. 0.67 Coll. Imhoof.

8ε 5 Idem.)(Cap. Gorgonis fere ut hecta Lesbia 2, X ang. in qu. inc.
Æ 11. 0.60. Lajard. Culte de Vénus, tab. 3 A 12.

Ad nummos Lesbios, Phocaicos et Abydenos proxime accedunt illi quorum longa series, dissimillimo saepe Gorgonis capitis genere ab una parte ornata, ab altera semper ancoram et cancrum et mox A exhibet. Hos iure a patre meo Abydo abiudicatos, non satis validis argumentis Ancorae, vel Ancorae cum Astaco adsignatos (Zeitschr. f. Num. III. p. 237 sqq.), speciose Astaco vindicavit vir doct. Imhoof-Blumer (Mon. Gr. pg. 232 sqq.), quo loco deinde totam materiem congessit et ordine disposuit. Non tamen mihi persuasit litem iam diiudicatam esse, nam primum quos sub II recensuit nummos, sine dubio ullo ex Astaco oriundos, seriem ancora impressam non belle interrumpere dixerim, deinde aliam quam desidero mutationem frustra quaero. Quod enim ad historiam Astaci adtinet non cum eo facere possum, quaedam aliter esse videntur, pauca fore ut accuratius definiri possint spero.

III

De Astaci historia luculentissimus nobis testis [1]) est Memnon (apud Phot. Bibl. 224. pg. 722 R.) qui postquam narravit a quibus et quando condita esset, sic pergit: *αὐτη* (sc. l. *'Ἀστακὸς*) *πολλὰς ἐπιθέσεις παρά τε τῶν ὁμορούντων ὑποστᾶσα καὶ πολέμοις πολλάκις ἐκτρυχωθεῖσα, 'Ἀθηναίων αὐτὴν μετὰ Μεγαρέας ἐπῳκηκότων, ἔληξε τῶν συμφορῶν καὶ ἐπὶ μέγα δόξης καὶ ἰσχύος ἐγένετο, Δυδαλσοῦ* (leg. *Δοιδαλσοῦ*) *τηνικαῦτα τὴν Βιθυνῶν ἀρχὴν ἔχοντος, οὗ τελευτήσαντος ἄρχει Βότειρας κ. τ. λ.* deinde narrat quot annos singuli Bithynorum reges vixerint, quot regnaverint, nulla alia de causa nisi ut tempus quo Astacus iterum condita fuerit, quam posset accurate, definiret, nam occupationem Astaci prorsus ignorat ut etiam Diodorus qui (XIX. 60) anno 315/4 Zipoetem Astacum oppugnantem facit.

Hos reges ordine inverso descripsi.

				anno
Nicomedes			patri successit	279.
Zipoetes, victor Lysimachi et Antiochi,	ann. vixit 76,	regn. 48,	„ „	327.
Bas, qui Alexandri tempore vixit,	„ „ 71,	„ 50,	„ „	377.
Botiras	„ „ 76,	„ ± 25 [2])	Doedalso „	± 402.
Doedalsus, sub cuius regno Astacus conditur,		„ ± 51,	regn. occup.	± 453.

Regnante igitur Doedalso, anno fere 451—402 (aut 443—410), Astacum Atheniensium colonia deducta est, a quo inde tempore, cum antea a barbaris vexata debilitataque esset, maxime floruit.

Harum autem rerum, quasi in speculo imaginem, certa indicia in tributorum annalibus mihi videre videor. Nam cum anno 454 et 453 drachmas 9000 pependerint Astaceni (C. I. A. I. 226, 227), anno 450, 445 et 441 non plures mille drachmis solvere potuerunt (C. I. A. I. 230, 235, 239), deinde in anni 438 annalibus Hellespontici tributi, qui integri nobis supersunt (C. I. A. I. 242), omnino non occurrunt, id quod sociis liberis et coloniis accidere solet. Vix igitur errabimus si Atheniensium coloniam anno 440 vel 439 deductam esse suspicamur. Tempus valde videtur idoneum,

---

[1]) Nihil curo Strabonem qui (pg. 563) ex eodem fonte hauriens meras turbas citavit, nisi quia eius codices verum Doedalsi nomen servaverunt, nam vide C. I. G. 3779 ubi Bithynus quidam nomine Doedalso occurrit.

[2]) Satis insolitam hanc genealogiam, secundum quam pater grandis natu obierit et nihilominus filio diuturnum regnum reliquerit, non intelligerem nisi coniicere liceret, filium qui patre regnante natus esset, patri successisse. Ea de causa 76 annos inter adventum Doedalsi et mortem Botirae interposui. Qui tamen mecum hac coniectura uti noluerit prudentius fortasse utrique Botirae et Doedalso 33 annos dabit, ut hic ab anno 443 ad annum 410 regnaverit.

III

nam anno 443 Thurii et 437 Amphipolis ab Atheniensibus condita sunt, neque diu post vires reipublicae ad coloniam deducendam suppetebant; sed annum 439 mallem, quod anno priore bellum cum Samiis gerebatur.

Ab hoc igitur anno novam nummorum seriem incipere vellem, quod quo modo faciam non video, nam si hic, quos Imhoof sub II memoravit, collocamus, quod per me licet, etiam minus intelligo cur postea ad typos priores redierint et ne nummi, snb III 23 recensi, non satis antiquo tempori adtributi sint vereor. Addam denique cancrum in his nummis, quantum scio semper, alio modo quam in Astacenis dispositum esse (Pedes et forcipes, ubi adsunt, in his retroversi in illis prolati sunt). Deinde hi Α semper, nusquam ΑΣ praebent.

Sed nomen etiam urbis, quae hos nummos edidit, totidem litteris scriptum in unico tantae antiquitatis exemplo maiore (Petropolitano) apud Imhoof (l. l. 25a) agnosco, nam ΑΠΟΛΛΩΝ quod ibi legitur nomen magistratus ut Ἀπολλωνίδης vix esse poterit, in aliis enim minus antiquis ubi nomina magistratuum leguntur praeterea semper suo loco Α legitur, quod hic non fit. Cancer tamen ad sinistram est ut ne hunc nummum quidem cum antiquissimis, l. l. 23, coniungere possis et si omnino volueris mirum tamen esset unicum illud in antiquioribus nomen magistratus per Α illud ipsum quod desideratur incipere!

Apolloniae igitur nobis hi nummi erunt. Cuiusnam Apolloniae fuerint, quaerendum. Nec longa potest esse dubitatio, quod in ipsa illa regione, e qua omnes semper hos nummos oriundos esse censuerunt, Apollonia quaedam sita est, ad Ryndacum dicta. Huius urbis raro mentio fit apud antiquos; nona huius nominis est apud Stephanum, memoratur a Strabone (XII 575), a Plinio (N. H. V. sec. 32), a Ptolemaeo (V. 2. 14), paucis aliis, in historia semel tantum occurrit, apud Plutarchum in vita Luculli (11). Quod tamen, cum longius a litore abesset quam ut in Atheniensium societatem reciperetur, non tantopere mirandum est, etiamsi satis momenti fuerit ut ei a Persis argenti flandi feriundi libertas concederetur. Cum neque Miletopolidos, neque Dascylii, neque Myrleae, neque Cii tam antiqui nummi innotuerint, fieri potest ut tota illa regio hisce sit nummis usa.

Porro quod ad typos adtinet, caput Apollinis nulli magis aptum esse urbi nemo negabit et gravissimum tandem argumentum, quo utar ut meam causam pervincam, praebet nummus inter aeneos ultimus, l. l. 48, in quo Apollo spectatur nudus, adv., capite s., d. ramum tenens, quae ipsa imago in nummis aeneis imperatorum recurrit (Mionnet II pg. 520 N. 40, Faustinae et S. V pg. 290 N. 68, L. Veri) ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ · ΠΡΟΣ · ΡΥΝ ... et

III

ΡΥΝΔΑΚΩ inscriptis. De cancro nescio quid censeam; utrum credam Astacenos quoque nostris nummis usos esse, an potius ex Athenaeo (III pg. 105 d et a) Aristotelem et Archestratum testes citem, qui demonstrent toti illi regioni idoneum hoc esse signum. *Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων ...: Γίνονται ... οὐδ' ἀστακοί ἐν τοῖς λείοις ... διὸ καὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ μὲν καὶ περὶ Θάσον ἀστακοὶ γίνονται ... καὶ Ἀρχέστρατος γὰρ ἐν τῷ διαβοήτῳ ποήματι...:*

Εἰσὶ δὲ πλεῖστοι μὲν πάντων ἀρετῇ τε κράτιστοι (sc. l. *ἀστακοὶ*)
ἐν Λιπάραις, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλλήσποντος ἀθροίζει.

Maximam autem difficultatem movet ancora quae maritimae urbi tantum apta videtur. Frustra quaesivi utrum Ryndacus flumen navigabilis esset an non, verum ita fuisse suspicor quod nummus exstat Septimii Severi ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΡΥΝΔ inscriptus (Mionnet XII pg. 291 N. 70) cuius aversa pars navem velis vectam exhibet. Si autem fuit vix Appolloniatide lacu portum magis securum, vix ancora typum magis Apolloniae aptum invenires. Sin minus, illa tamen urbs quae nave signavit, ancora signare potuit. Si haec tamen navis Argus imago esset, ancora commemorare posset lapidem quo Argonautae ancorae loco uterentur, quique ab illis relictus, postea ab Artaces conditoribus Minervae Iasoniae votus esset. (Apollon. Rhod. I. 952 cum Schol.)

Non dabo nisi nummos quos ipsos aut quorum ectypos vel imagines vidi et quantum potero ordine dispositos. Ad eam rem usus sum, primum pondere et feriundi mutatione, deinde, praeter ipsum Gorgonis caput, ancorae forma (quantum potui nam turpiter neglexi harum omnium ectypos parare), literarum dispositione et anguium figuris.

1 Ancora inversa, ad d. squilla. in ar. cav.
8ε')(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu latissimo, dent. caninis magn., ocul. parv., aur. aut null. aut parv., crin fere null., XVIII ang. parv., in ar. cav.
Æ 15. 3.40 Bibl. Fr.-G. N. 1642.

2 Idem.)(Cap. Gorgonis fere idem, rictu minus lato, XVIII ang. maioribus., in ar. cav.
Æ 13. 3.24. Mus. Brit. Head, Guide tab. 10. 22.

3 Idem.)(Cap. Gorgonis fere prorsus idem, rictu minus lato, sed XVI ang., in ar. cav.
Æ 13. 3.25. Bibl. Fr.-G. N. 1643.

4 Ancora inversa, ad d. squilla ad s. Α.
)(Cap. Gorgonis fere idem, dent. parv. quoque, ocul. maioribus, crin. maioribus, XVI ang. in ar. cav.

III

Æ 14/3 3.12 Bibl. Fr.-G. N. 1644.

5 Ancora inversa, ad s. squilla, infra ΑΠΟ—ΛΛΩΝ*ιατῶν*.

)(Cap. Gorgonis fere idem, aur. parv., cirris II ordinibus, XII ang. linguis exsertis, in ar. cav.

Æ 19. — Mus. Petropol. Imhoof. l. l. 25a.

6 Ancora inversa, ad s. squilla, ad d. Α.

)(Cap. Gorgonis fere idem, minus latum, aur. null., cirris I ordine, XVI ang.

Æ 13/12. 3.25 Coll. Imhoof l. l. 24.

8ς' 7 Idem.)(Cap. Gorgonis fere idem, mento magis acuto div., dent. parv., XVI ang., comparandum cum 6ι', in ar. cav.

Æ 15. 3.20 Coll. Imhoof. l. l. 24; 3.30 Bibl. Fr.-G. N. 1647.

8ς'' 8 Idem.)(Cap. Gorgonis fere idem, fronte rug., crin. med. div., XVI ang., in ar. cav.

Æ 16/12. 3.27 Bibl. reg. Hagae comitis.

8ς''' 9 Idem.)(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu magno, dent. parv., crin. ter. div., XVIII ang., in ar. cav.

Æ 14/3. 3.27 Coll. Imhoof. l. l. 24; fere idem Mus. Hunter. tab. 1. 11.

? 10 Idem.)(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo recto, dent. extr. ore magn., mento div., crin. med. div., XIV ang., in ar. cav.

Æ 14. 3.37 Bibl. Fr.-G. N. 1649.

8*A*' 11 Idem.)(Cap. Gorgonis sat magnam similitudinem cum *A* praebens, ling. exs., dent. parv., mento div., bucc. infl., cinc., aur. null., XVI ang., in ar. cav.

Æ 14. 3.40 Coll. Imhoof. l. l. 24.

8*B* 12 Idem.)(Cap. Gorgonis vix distortum, ling. exs., dent. parv. crin. ut 6ι' diademate cinct., XVI ang., in ar. cav.

Æ 14/3. 3.25 Bibl. Fr.-G. N. 1648. Trésor de Glyptique, Gallerie Myth. tab. 27. 3.

13 Ancora inversa, ad d. squilla, ad s. Α.

)(Cap. Gorgonis prorsus idem, sed dent. null. et XIV ang., in ar. cav.

Æ 14. 3.18. Bibl. Fr.-G. N. 1646.

14. Idem.)(Cap. Gorgonis simile, maius, dent. magn., ang. XIV? aut XVI ang., in ar. cav.

Æ 14/3. 3.24 Coll. Six.

15 Idem.)(Cap. Gorgonis simile, minus altum, dent. null., crin. paulo aliter dispositis, XVI ang.

Æ 12. 3.32 Coll. Six.

16 Idem.)(Cap. Gorgonis ling. exs.. rictu parvo, ocul. magn., crin. brev. med. div., XII? ang.

III

Æ 13/12. 3.20. Bibl. Fr.-G. N. 1651.

17 [1]) Cap, Gorgonis ut 12, sed XVIII ang.

)(Ancora inversa, ad d. squilla, ad s. A, in ar. cav.

Æ 13. 2.29 [2]) (2.82) Bibl. reg. Hagae comitis.

18 Cap. Gorgonis non distortum, ling. exs., crin. null., XVI ang. quorum X crinium loco sunt.

)(Ancora inversa, ad s. squilla, ad d. A, in ar. cav.

Æ 14/3. 2.72 Coll. Six.

19 Cap. Gorgonis fere idem, paulo altius, XVI ang. quorum VIII crinium loco sunt.

)(Ancora inversa, ad d. squilla, ad s. A, in ar. cav.

Æ 14/6. 2.82 Bibl. Fr.-G. N. 1650.

6d″ 20 Cap. Gorgonis quasi antiquissimum, cuius exemplum fere ut **6d′** fuisse videtur (lingua et mentum plurimum differunt), ling. exs., rictu lato, dent. magn., ocul. rotundis, cincin. magn., aur. magn., IV ang. quorum II in nodum redacti diadematis loco sunt.)(Idem.

Æ 15/4. 2.85 Coll. Imhoof.

12a 21 Cap. Gorgonis ling. exs. rictu mento malis fere ut **6d″**, crin. horrentibus sparsis.)(Idem.

Æ 14. 2.86 Coll. Six; 2.80 Bibl. Fr.-G. N. 1645.

8*C* 22 Cap. Gorgonis ling. exs. parva, rictu modico, mento prorsus div. (pars superior deest) infra IV ang.)(Idem.

Æ 14/13. 2.85 Coll. Six.

? 23 Cap. Gorgonis ling. ad d. exs., superc. paululum contractis, crin. pass. med. div.

)(Ancora inversa, ad d. squilla, ad s. A, infra ΙΩΓ—ΥΡΟ, in ar. cav.

Æ 15/4. 2.87 Coll. Imhoof l. l. 34; 2.90 Bibl. Fr.-G. N. 1652.

Optime cum 8ε′, Apolloniae 6, comparatur monstrum quoddam in scarabaeo Sardo ex iaspide viridi:

8ε′ Partes superiores duae capitis Gorgonis ab inferiore parte iunctae, lingua parva in medio rictu magno, supra et infra dentibus parvis, naso oculis cincinnis ut Apolloniae 6, circum monile. Ann. dell' Inst. 1883 tab. G. 29.

---

[1]) Simul cum hac ponderis et feriundi mutatione tetrachma cum capite Apollinis (Imhoof l. l. V) incipiunt.

[2]) Quoniam pondus fere 2.85 esse deberet et Hagae etiam aliud exemplum est et quidem flatum, opere Parisini 10, pro 3.37, 2.74 tantum ducens, hoc quoque flatum esse credo et quidem, ratione ducta, opere exemplaris 2.82 ducentis.

III

Eodem loco alius scarabaeus Sardus, ex iaspide viridi, non minus memorabilis, editur tab. F. 27.

Cap. Gorgonis eadem fere figura et auribus iisdem ut 8ε', Phocaeae? 6, tritum, VI ang. in summo capite. Infra crocodilus, circum monile.

Etsi hic vero nomine crocodilus, non lacerta spectatur, non tamen est cur hunc scarabaeum ex Aegypto oriundum esse credamus. Satis enim apparet incolas Sardiniae typis Aegyptiis usos esse.

Cum 8*C* melius quam cum ceteris comparatur

8*C'* Cap. Gorgonis ling. exs., rictu mod., dent. superioribus tantum parv., ocul. oblong., aur. null., crin. brev. compt..

Marmor rep. Romae ad murum Servianum. Ann. dell' Inst. 1855 pg. 92.

Braun, qui illud edidit, verebatur ne antiquius esset quam ut muri illius pars fuisset, mihi non satis antiquum videtur.

Nummos quos Pariani cuderint cum multi sint, vix diversi, nisi quod alius alium habet symbolum, ⊙ stellam ramum folium alia, non diligenter quaerendos esse sentiebam, qui tamen digni videntur qui memorentur aut edantur, dabuntur.

1 Taurus s. stans, respiciens, inter pedes stella, ΠΑ—ΡΙάνων.

8*D*)(Cap. Gorgonis medium fere tenens inter *B* et *C*, ling. exs., rictu parvo, dent. parv., mento non div., aur. null., crin. circum diadema, unionibus vel gemmis ornatum, revolutis, VI ang., in ar. cav.

Æ 15/4. 2.98 Bibl. Fr.-G. N. 659.

Alii tales sunt multi, vel sine diademate (e. g. Luynes Choix tab. X 19), vel alio symbolo, vel nullo, leviores fere semper (2.47—12 Brandis pg. 442).

2 Cap. Gorgonis fere simile, ang. null..)(Taurus s. gradiens, ΠΑΡΙΑνων.

Æ 24/2. 7.37 aerugine corosus Bibl. Fr.-G. N. 665.

3 Cap. Gorgonis dent. null., mento paululum div., superc. contract., VI? ang. curiose dispositis, circum monile.

)(Victoria s. alis expansis, d., coronam, s. palmam tenens, in area: cornucopiae, spica, monogramma et ΠΑΡΙΑΝΩΝ.

Æ 30/25. 13.58 Mus. Hunter. tab. 41.16.

Maiorem similitudinem cum 8*C*, quae maxime me movit ut haec hic recenserem, praebet:

4 Taurus s. respiciens, inter pedes stella, ΠΑ—ΡΙάνων.

8*E*)(Cap. Gorgonis, ling. exs. parva, dent., mento prorsus div., superc. contr., crin. ut *D* sed sine diademate ut videtur, VI ang., in ar. cav.

Æ 13. 2.29 Coll. Six.

III (V 1e) 5 Cap. Gorgonis ore pulcro, crin. spars. retort., sub mento nodo anguium, quorum capita in summo capite emergunt, circum monile, superincusum monogramma ex Α et Λ.

)(Aquila d. stans in corona laurea, ΠΑΡΙ—ΑΝΩΝ, monogramma ex Π Α Ε.

Æ 6.95 Coll. Six.

(VII 1e') 6 Caput Gorgonis ore humano, crin. passis, alatum, nodo anguium sub mento, circum monile.

)(Aquila adversa in corona laurea, ΠΑΡΙάνων. Ara superincusa.

Æ 21. — Sestini, Lettere III tab. 1. 14.

Postremum addam nummulum, Gambreo, prope Pergamum, adsignandum: Caput s. imberbe laureatum Apollinis.

8*A*″)(Cap. Gorgonis, quamvis minus antiquum, maxime tamen cum 8*A*′ comparandum, ling. exs., rictu magno, bucc. magn., mento acuto, crin. div. ΓΑΜβρειέων, in ar. cav.

Æ 9. 0.72 Coll. Six.

De aetate post proximam seriem, cuius aetas accuratius definiri potest, pauca verba addam.

Tandem ad nummos, supra pg. 5, Selgae coniectura datos, redeamus, deinde ad Himeraeos ceterosque Siculos properabo quorum priores, cum ab huius generis familia **1** (praesertim **a**), per **6** (praesertim **d**) ad 8 (*A*, *A*′) progredi, nec tamen affinitatem inter se omittere videantur, necessario suam sibi seriem habeant, in qua Himeraeos quoque qui easdem fere affinitates offerunt recensebo.

11a nobis igitur erit Selges exemplum 3, quod rictu praesertim magnam similitudinem cum **1a** exhibet.

11b faciant 5 et 6 quae intervallo quodam 3 excipiunt et similitudinem cum **6d** praebent.

11c deinde sit 8 propius ad 8*A*′ accedens.

Ad **c** memorabo, quoniam ei in familia **8**, litteris uncialibus Venetis, locum idoneum non inveni

11c′ Cap. Gorgonis ling. exs. lata, rictu mod., bucc. infl., dent. parv., naso rug., cinc. laxis II ord.

Argilla cocta. Mus. Panhormitano. Kekulé Sicilische Terracotten.

Ad monetam Siculam propero sed non ante quam capita duo antiquissima ex argilla cocta nigra, in Etruria reperta, memoravero:

11A Cap. Gorgonis ling. exs., rictu lato, dent. magn., bucc. infl., ocul. alte pos., parvo fronte, cinc..

III

Argilla cocta nigra. Mus. Berol.. Rep. Clusii. Levezow 7.

11B Cap. Gorgonis simile, ling. exs., rictu lato, dent. magn., naso lato rug., ocul. oblong. alte pos., parvo fronte, cinc..

Argilla cocta nigra. Rep. Clusii. Micali, Hist. d. ant. pop. tab. 51. 1.

Nummos aeneos [1]) quos Himerae restituit vir doct. Imhoof-Blumer (Mon. Gr. pg. 21), secundum pondus ordine dispositos, dabo, non tamen sic ut necessario iungenda distraherem. Totius librae pondus perspicuitatis causa addam. Addam etiam nomina quae ex Aristotelis libro de Himeraeorum civitate et ex Epicharmi Harpagis affert Pollux (IV 17. 4 et IX 80. 2). Addantur Hesychii glossae.

11β 1 Cap. Gorgonis quod similitudinem quandam cum **6d**, maiorem tamen cum **A** praebet, ling. paululum oblique exs., rictu recurv., dent. caninis magn., superc. magn., aur. magn., crin. ter div. incomptis.

)(In ar. cav.? • in *Ηιμεραίων* aut *Ηεξᾶς*.

Æ 19. 12.05 (72.30) Coll. Imhoof.

2 Eodem charactero cusus.)(In qu. inc. Αꟼ—ƎΜ—ΙΗ inter •• *τετρᾶς*.

Æ 23. 21.30 (63.90) Coll. Strozzi, Imhoof l. l.

3 Eodem charactero cusus.)(In ar. cav. ••• *Τριᾶς*.

Æ 22/1. 14.85 (59.40) Bibl. Fr.-G. N. 247.

4 [Cap. Gorgonis fere idem?)(In ar. cav. ••• ⊏⊐ ••• *ἡμίλιτρον*.

Æ 30. — Torremuzza, auct. I. tab. 2. 9].

1bis [Caput Gorgonis.)(In triangulo inc. ••• quos iungit *Τριᾶς*.

Æ — 16.39¼ (65.58) Mus. Br. Cat. pg. 39 N. 32].

11α 5 [2]) Cap. Gorgonis, quod affinitatem cum *β* exhibet, propius tamen a **1a** accedit, ling. exs. et dent. ut *β*, rictu maiore, malis maior., ocul. aur. ut *β*, crin. med. div. vel cinc. maior..)(In ar. cav. ••••• *πεντούγκιον*.

Æ 32. 27.50 (66.—) coll. Imhoof.

11γ 6 Cap. Gorgonis maius propius ad *β* accedens, etiam maiore cum **A** similitudine, dent. palpebr. maior., cincin.)(In ar. cav. ►••••••◄

Æ 26. 27.70 (55.40) coll. Imhoof.

11δ 7 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu lato, dent. et malis fere ut *α* sed latior., palpebr. magn., cirris duobus ordinibus.)(In ar. cav. ►••••••◄

---

[1]) Color aeruginis exemplarium Parisinorum 3, 7, 9 et Hagani 8 fecit ut suspicarer maiorem quam soleat partem plumbi albi inesse. Nihil definire potui nam ex. 10, cum solito colore, solitam compositionem, quintam aut maxime quartam partem plumbi albi continet.

[2]) Tale fere esse videtur hemilitrum quod edidit Sestini (Lett. N. S. VII tab. 1. 2 pg. 5) cuius tamen globuli non iusto loco picti videntur, neque vestigia nummi, super quem hic cusus esse perhibetur, vere esse ut edantur facile crediderim.

III
Æ 25. 26.85 (53.70) Bibl. Fr.-G. N. 246.
7bis [Caput Gorgonis.)(ar. cav. ►⁘◄
Æ — 26.44, 25.92 (52.88, 51.84) Mus. Brit. Cat. pg. 39 N, 26, 27].
! 8 Caput Gorgonis cuius crines, qui tantum spectantur, propius ad *α* accedunt, circum monile.)(In ar. cav. ⁘
Æ 26. 24.95 (49.90) Bibl. reg. Hagae comitis.
8bis [Caput Gorgonis.)(In ar. cav. ⁘
Æ — 23.84, 22.28 (47.68, 44.36) Mus. Brit. l. l. 28, 29.
Æ — 23.—, 22.30 (46.—, 44.60) Mus. Berol. Brandis pg. 587.
Æ — 21.51 (43.02) Leake Num. Hell. pg. 53.
)(In ar. cav. ● ●
Æ — 7.40 (44.40) Mus. Berol. Brandis l. l.]
9 Caput Gorgonis fere simile ac *δ*, parvius.)(In ar. cav. ∴
Æ 20. 10.70 (42.80) Bibl. Fr.-G. N. 248.
9bis [Cap. Gorgonis.)(In ar. cav. ∴
Æ — 10.69 (42.76) Mus. Brit. l. l. N. 33, 10.20 (40.80) Mus. Berol. l. l.
)(In ar. cav. ⁙
Æ — 17.75¼ (42.61) Mus. Brit. l, l. N. 31].
11ε 10 Cap. Gorgonis ceteris longe diligentius incisum, propius ad **B** accedens (Primo obtutu tantam cum **6d''**, Apolloniae 20, similitudinem habere videtur ut illud sine hoc factum esse non crederes, omnibus tamen rebus consideratis eam casui tribuendam esse censeo), ling. exs. lata, mento ab utraque parte linguae diviso, dent. extremo ore magn., ocul. permagn., cinc., circum monile.)(In ar. cav. ⁘
Æ 27. 20.40 (40.80) coll. Imhoof; 18.95 (37.90) eodem charactero Coll. Six.
10bis [Caput Gorgonis.)(In ar. cav. ⁘
Æ — 16.90 (33.80) Mus. Berol. Brandis l. l.]
11δ' 11 Caput Gorgonis fere idem ac *δ*, sed mento acutiore ab utraque parte linguae div..)(In ar. cav. ⁘
Æ 24. 15.57 (31.14) Bibl. Fr.-G. N. 245. (Eckel, Num. vet. uned. tab. 1, 12; Torremuzza auct. I tab. 2. 8.)
11bis [Caput Gorgonis.)(In ar. cav. ⁘
Æ — 14.90 (29.80) Mus. Brit. l. l. N. 30; 13.— (26.) Mus. Berol, l. l.]
11ς 12 Cap. Gorgonis fere idem ac *δ'*, sed inferiore parte etiam longe acutiore.)(In ar. cav. ⁘
Æ 22. 9.70 (19.40) coll. Imhoof. (D'Orville, Sicula II tab. 14. 6).

His statim adiiciam nummos aeneos et argenteos quos Camarina et

III

Motya [1]) ediderunt et eos, contra consuetudinem meam, promiscue enarrabo ut magis appareat quae sit cognatio.

11ζ M. 1 Cap. Gorgonis gracile, ling. exs., rictu minimo, crin. circum diademate revolutis (cf. Pariana 8*D*, praesertim 3, quod ceterum quoque fere idem ac nostrum est si oculos exceperis), infra ●●●.

)(Palma (Phoenix). Litterae Punicae (או—מט Ugdulena, Mon. Punico-Sic, tab. 1. 1).

Æ 22. 6.70 (26.80) coll. Imhoof; 6.22 (24.88) Mus. Br. Cat. Sic. pg. 245. 16.

11ζ' M. 2 Cap. Gorgonis fere idem.)(Palma (Phoenix), מט—או.
Ꭱ 13/1. 0.84 tritus, aerugine corosus Coll. Six.

11η C. 1 Cap. Gorgonis latius, ling. exs., dent. parv., ocul. quam maxime ad s. spectantibus, superc. et fronte contr., crin. eodem modo ut ζ sed ex medio fronte ad tempora usque, antequam volvuntur, extensis.

)(Noctua d., pede s. lacertam tenens, in area ΚΑΜΑ*ριναιων* et symbolum (granum hordei aut Λ), infra ●●●.

Æ 19—14. 4.25 coll. Imhoof; 4.21, 3.82 Mus. Brit. l. l. N. 34, 35; 3.75 Coll. Six; 3.50 Bibl. Fr.-G. (17.— —14.—).

12α C. 2 Cap. Gorgonis fere ut η sed minus latum, ocul. rectis, sed crin. horrentibus sparsis eodem fere modo ut Apolloniae 21.)(Idem (granum hordei aut Γ) ●●●.

Æ 18—14. 4.01½ Mus. Br. l. l. N. 36; 3.70 Bibl. reg. Hagae; 3.63 Mus. Br. l. l. N. 37; 3.30 Coll. Imhoof (16.06—13.20).

12α M. 3 Cap. Gorgonis fere idem.)(Palma (Phoenix), או—מט.
Ꭱ 13/2. 0.74 Coll. Six.

13 M. 4 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo, dent. null., crin. brev. quasi radiis horrens.)(Palma (Phoenix) cum fructis, או—מט.
Ꭱ 13. 0.72 Coll. Six.

11θ M. 5 Cap. Gorgonis fere ut M. 4, sed crin. circum diademate parvulo revolutis ex quibus II ang. surgunt, circum monile.)(Palma (Phoenix), מט—או.
Ꭱ 13—12. 0.64 tritus, 0.62 fractus. Coll. Six.

11ι C. 3 Cap. Gorgonis fere ut C. 2, mento magis diviso, genis gracilioribus, sed crin. diademate unionibus vel gemmis ornato cinctis, circum monile.)(Idem ac C. 1 et 2, ●●●

---

[1]) Motyae paucis utor exemplis, quod neque ea quae in bibliotheca Franco-Galla adservantur ibi repperi, neque tabulis editis apud Minervini (Obs. Num. tab. 2. 2), Pellerin (Supplem. IV tab. 3. 15) et Ugdulena (Mon. Punico-Sic. tab. 2. 7, 9, 22) magnam fidem facere audeo.

III

Æ 15—13. 3.82 Bibl. Fr.-G.; 3.56½ Mus. Br. l. l. N. 38; 3.— Coll. Imhoof; 2.97 Bibl. Fr.-G. (15.28—11.88).

His praemissis de aetate videndum. Anno 409 Himera ab Hannibale diruta est. Anno 397 Motya a Dionysio capta, proximo anno ab Himilcone recuperata ab incolis qui Lilybaei novam urbem condiderunt deserta est. Cum autem satis appareat omnes quos attulerim Himeraeorum nummos, ultimo fortasse omisso, Motyensibus esse antiquiores, his autem Camarinaeos fere aequales, audacter id quod novi in his postremis inest, quale: frontis contractio, crines horrentes, sparsi, anguibus similes, diadema, postremis annis seculi V et prioribus IV adsignandum est.

Sit igitur Selges 8, qui etiam quadratum habet incusum, paulo antiquior, Parii nummi priores fere aequales erunt, nec inter Apolloniae 21 et Camarinae 2, Motya 3 multum interfuisse potest; si quid fuerit, Asiaticos illos potius minus antiquos esse crediderim quoniam Apolloniae 12, 8*B*, propter crinium dispositionem comparavimus cum Neapolis 5, 6I', quam anno 405 coniectura adsignavimus. Sed qui Himeraeorum sunt antiquissimi, eos non post medium seculum V pones, si memineris quam longa series sit, quam antiquae sint litterae et praesertim quod quadrato vel triangulo incusi sint. Contra, cum P littera non amplius R scribatur, ut in didrachmis, sub Therone et Thrasydaeo, 482—471, cusis, vix ante rem publicam restitutam, anno 466, aere signato usi sunt Himeraei.

Camarinensium triantes tam leves fuisse non magnopere mirandum, cum hi eo tempore vix sui iuris essent sed Carthaginiensibus tributum penderent.

Antequam ulterius procedam inter Siculos memorandum videtur

Cap. Gorgonis ore clauso, crin. med. div., tam parvum ut illud omisissem nisi unicum ex hac regione esset anguibus (et quidem XIV si bene video) circumdatum. Occurrit in area aversae partis nummuli Segestae cusi: Caput adversum ad sinistram (trois quarts) muliebre inter duos laurei ramos.)(Vertagus s. stans, ante murex, supra cap. Gorgonis, in ar. cav. ꟽO — I — A — (T) — ƎƎꓶƎ(Ǝ).

Ꜳ 11. 0.89 Coll. Six; 12. 0.85 Coll. Imhoof; Torremuzza tab. 63. 19.

Cum, uti vidimus, capita ceterum nondum prorsus similia inter se, ut ab una parte Apolloniae 21, ab altera Camarinae 2, Motyae 3, crinium habitu tam similia facta sint, ut eos necessario eidem tempori adsignaverimus, cumque mox, hoc ipso vel simili more, crines fieri solerent, ceteraque signa quibus Gorgonis caput agnoverimus supervacanea et turpia

haberentur et paulatim in desuetudinem abierint, libenter ab iis novum genus incepissem, verum illius stirpis radices, penitus in hac terra infixae, evelli nequeunt.

Novum igitur genus postea erit incipiendum ab iis quae omnem veterem consuetudinem deposuerunt, quae neque lati vultus horrore, neque magnis malis, neque dentibus, ne lingua quidem ipsa agnoscuntur, sed torvis interdum oculis et praesertim crinibus anguium more horrentibus. Hic igitur novas familias instituemus **12** et **13**, quorum prior ea continebit de quibus modo dixi, altera autem affinis erit et capita quasi radiis horrentia capiet.

Ad hanc **13** autem in memoriam revoco coniecturam supra sub **5** memoratam, olim caput innotuisse circumcirca radiis ornatum. Non tamen, licet huius familiae exemplar antiquissimum, quod mox inter Corinthiaca recensebo, nulli inter antiqua sit similius quam **5b′**, licet quaedam sit affinitas inter nummulum Corinthiacum 1 et ea capita parva, minime rara, quae in fine familiae **5** sub **e** collocavi, licet inde fortasse conieceris ea, quae sub **5** collegi, in Corinthiacis figlinis facta esse, non tamen audeo haec in unam familiam cogere, ne ipsi ei coniecturae plus ponderis quam fas est tribuere videar. Familia **13** igitur familiam **5** excipiet usque ad eum diem qui nova exempla ad lucem proferet quae, intermedia inter ambas, intervallum fere seculare inter barbatas illas et radiatas nostras Gorgones explebunt [1]).

Doleo quod angustiis temporis plurimas quas Lutetiae Parisiorum vidi varietates nummulorum Corinthi, cera et gypso formare prohibitus sum. Post Corinthiacos statim coloniarum nummos adiiciam. Quin eos promiscue dem eo deterreor quod non eodem tempore apud utrosque Pegasi alae rectae e recurvis factae sint.

1 Pegasus. s. frenatus, alis recur., volans, in area caput tridentis, *ϙορινθίων*.

6c′)(Cap. Gorgonis, quod, longe minus antiquum, aliquam tamen similitudinem cum didrachmis Atticis **6c** servavit neque tamen longe a **5e**, cui tempore propius est, abest, ling. exs. lata, dent. extr. ore magn. tantum, cirris III ordinibus, in qu. inc., $^{\mathrm{T}}_{\mathrm{H}}{}^{\mathrm{P}}_{\mathrm{I}}$*μιωβόλιον*.

Æ 10. 0.69 Coll. Six.

---

[1]) Postquam haec scripsi iam antiquiora huius familiae exempla apparuerunt. Vere antiquum, quod iam inter Atheniensia intercalavi sub 2, **6b**, et paululum tantum Corinthiis nummulis magis antiquum, quod Head Eretriae quoque, vereor ut iure, adsignavit. Ego nihil affirmare audeo.
Cap. Gorgonis, generis insoliti, propius quam ad alia, ad Camarinae 1, **11**$_{\gamma}$ accedens, ling. exs. lata, dent. null., naso lato, fronte rug., crin. flammarum instar dirad.)(Pars anterior d. equi, in qu. inc.
Æ 9. 0.70 Mus. Brit. Cat. Central Greece XXI tab. 23. 8.

III

2 Pegasus s., alis recurvis, volans, ϙορινθίων.

)(Cap. Gorgonis fere idem, mento acutiore, in qu. inc., Η Ι Τ Ρμιωβόλιον.

Æ 11/9. — Cousinéry, Ligue Achéenne, dis. II tab. 1. 13.

3 Pegasus s., alis recurvis, volans. ϙορινθίων.

12a)(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu fere recto satis lato, dent. parv., bucc. satis latis, crin. horr. spars., in ar. cav., Τ Ι Ρημιωβόλιον.

Æ 10. 0 75 Coll. Imhoof. Choix tab. 1. 8.

4 Pegasus s., alis recurvis, volans, ϙορινθίων.

13a)(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu satis lato, dent. parv., superc. contr., crin. flammarum instar horr. med. div., in ar. cav., ad s. Τ.

Æ 11/0. 0.64 Bibl. Reg. Hagae Comitis.

5 Pars prior s. Pegasi, alis recurvis, ϙορινθίων.

12a')(Cap. Gorgonis ling. exs., rictu recurvo, naso lato rug., superc. fronte contr., crin. (qui non toti expressi sunt) quantum coniicio ut 12c, in ar. cav.

Æ 11/0. 2.20 Coll. Imhoof.

6 Pegasus d. alis ...?, stans, ϙορινθίων.

12c)(Cap. Gorgonis ling. exs., dent. null., crin. retortis (anguium capitibus ornatis?), in ar. cav., ad d. ∃.

Æ 9. 0.56 Mus. Havniense.

7 Pegasus s., alis recurvis, volans, ϙορινθίων.

13b)(Cap. Gorgonis prorsus humanum, ore clauso, crin. radiorum instar horr. med. div., in ar. cav., ad s. Δ.

Æ 11/8. 0.65 Coll. Six.

8 Pegasus s., alis rectis, volans, ϙορινθίων.

13c)(Cap. Gorgonis tumidum, ore clauso, crin. flammarum instar horr. med. div., in ar. cav., ad s. Ⅎ.

Æ 9. 0.54 Coll. Six.

Leucadiae primus, quod littera evanida est, incertus manet.

1 Pegasus s., alis recurvis, volans.

12b)(Cap. Gorgonis ore clauso, crin. horr. spars., in ar. cav.

Æ 11/0. 0.54 Coll. Six.

2 Pegasus s., alis rectis, volans, Λευκαδίων.

12d)(Cap. Gorgonis ling. exs., crin. retortis inter quos angues.

Æ 10. 0.59 Coll. Six.

3 Pegasus s., alis rectis, volans, Λευκαδίων.

12d')(Cap. Gorgonis ore clauso, crin. fere ut f inter quos ang., in ar. c., ad d. ƨ.

Æ 10. 0.69 coll. Imhoof. Choix. tab. 1. 38.

4 Pegasus s., alis rectis, volans, Λευκαδίων.

III

13b)(Cap. Gorgonis fere ut Corinthi 7 paulo latius, crin. iisdem, in ar. cav.
Æ 11/8. 0.48 perforatus Coll. Six.

Anactorio, propter formam et caput Apollinis (cf. Num. Zeitsch. 1878 tab. 2. 6, 7 et 1. 6, 7) restituenda sunt diobola Massiliae reperta. Obolum, cum Pegaso, edidit Imhoof l. l. pg. 60.

12e 1· Caput adv. laureatum Apollinis.
)(Cap. Gorgonis ling. exs., crin. spars., in ar. cav.
Æ 11/0. 0.83 Mus. Berol. Fox, Engravings I tab. 1. 1.

12f 2 Caput adv. laureatum Apollinis, minutius.
)(Cap. Gorgonis latius, ling. exs., crin. retort., infra fig. incerta, in ar. cav.
Æ 10. 0.50 fractus. Mus. Berol. Fox, Engravings I tab. 1. 2.

Nummulus, quem de Bosset adsignavit Craniis Cephaleniae, dabit nobis

! Cap. Gorgonis ling. exs. parva, dent. parv., crin. revolutis.
)(Κ — Ρ — Ανιέων inter tria Τ ab infima parte iuncta (τριτεταρτεμόριον secundum Lambros, Zeitschr. f. Num. 1875 pg. 176), in ar. cav.
Æ 9. (0.67 Lambros l. l. N. 5) de Bosset, Cephalonie et Ithaque tab. 3. 31; L. Müller, Graeske Mynter med Tegnet Tau til Typ. 10.

Cum **13b**, et quidem praecipue cum Leucadiae 4, proxime comparanda sunt fragmenta duo formae ad typos faciendos Athenis reperta et ibi in Varvaceo adservata.

13 Cap. Gorgonis aut ore clauso aut rictu parvo (vide ad VI **6f**), buccis latis, naso rug., crin. radiorum instar horr., ab inferiore parte radiis ?, piscis pinnae instar concretis, ornatum.

Acroterium ? (Typis gypsaceis Mus. Bonnensis usus sum).

Quamquam hoc caput etiam propius accedit ad illud schema quod desideravi, nondum tamen mihi satisfecit, quod neque satis est antiquum, neque radii illi solito more facti sunt. Quod vellem, neque id inventum iri despero, esset caput adversum, antiquum, sine dubio gorgoneum, ornatum ut illud quod spectatur in nummulis Italicis, Phisteliae adsignatis:

Caput adversum ad sinistram (trois quarts) muliebre, totum crinibus flammarum instar diradiantibus, quasi iuba, circumdatum.
)(Leo s. gradiens, subter anguis (in area interdum stella), in ar. cav.
Æ 10. (fere 0.60). Carelli, tab. 42. 2, 3, (4 varius).

Familiam 12, cuius in nummis prima exempla reperimus in Corinthi 2 (antiquissimum ni fallor), Camarinae 2, Motyae 3, Apolloniae 21, qui postremis annis seculi V adsignandi videbantur, paulo altius deducendam esse credo, neque despero fore ut prope ad initia ipsa accessus nobis pateat. In talibus enim rebus aliquid novare proprium potius clarorum pictorum

III sculptorum, quam ignotorum figulorum caelatorum esse iudico, neque aliam novi urbem unde potius quam ex Athenis Atticis novam hanc artem Corinthum, in Siciliam et Asiam migrasse crediderim. Si igitur statuam non ignobilem indicavero Athenis, celeberrimo loco, altera parte seculi V, positam, quae tali Gorgonis capite ornata fuerit, pauca amplius desideranda esse crediderim. Scio sane famosum illud Plinianum: „hic primus fecit" evitandum esse, sed utrum hic, an eius magister aut condiscipuli, quid id multum ad nos, qui in talibus rebus fere semper quam minimo errore pro veritate utimur.

Inter Minervae statuas quae aetatem tulerunt, si non pulcerrima, quamvis misere truncata, certe inter pulcerrimas habenda est, quae in urbe Cassel dicta adservatur. (Bouillon I tab. 25. Clarac 462 F. 867 A). Hanc cum duabus aliis in Augusteo Dresdensi (N. 95, Aug. tab. 4. 15, Clarac 464. 868 et N. 98, Clarac 464. 866) vir clar. Michaëlis (Mitth. aus Athen. I pg. 284 sqq.), probabili coniectura Pyrrhi Minervam Hygieam esse docuit, ad cuius argumenta, quibus hanc illius aetati adsignavit, hodie, postquam nobis Phidiae Minerva, quae in Parthenone stetit, melius nota est, novum argumentum accedit. Nam hae statuae tantam inter se habent similitudinem, toto corporis habitu et vestitu, si aegidem excipias, vel etiam (si modo Partheni exemplaribus fide dignioribus, inter quae Antiochi opus non haberem, utere) vestis rugis et sinibus, praesertim iis quibus tunica, ad dextram, a cingulo ad pedes defluit, ut procul dubio Hygieam illius fere aequalem esse dixeris. Pyrrhi autem statua a Pericle, propylaeos aedificante, vota est, intra annos igitur 437 et 432.

In huius statuae aegide est

12 Cap. Gorgonis ling. exs., crin. horr. spars., ipsum igitur illud quod quaerimus, sed neque in exemplari Casselensi (cuius ectypum chartaceum parare mihi a viro doct. Pinder benigne concessum est) neque in Dresdensi, quod vide apud Levezow (tab. 3. 33) priscam illam artem agnovi. Qui statuas illas marmoreas ad Pyrrhi aeneum signum fecerunt antiquum exemplum secuti sunt, sed sic ut in omnibus rebus se seculi sui consuetudine deduci passi sint, quare factum est ut caput Casselense lingua spectetur minima, rictu fere nullo sed crinibus non ita male dispositis, Dresdense contra si iure latius sit, lingua et rictu paulo maioribus, oculis maioribus, crines tamen paulo minus in altum, magis in latitudinem dispersos exhibeat.

Si ex his coniectura adsequi velimus utrum ad Corinthiacum 2, an ad Camarinae 2, Minervae Hygieae caput Gorgonis propius accessisset, difficilis esset optio. Equidem Corinthiacum eligerem.

III Cetera huius familiae exempla, quorum plura colligere non huius operis est, vide apud Levezow (tab. 2. 27 et 3. 28—33).

Eodem ratiocinandi genere, quo in Pyrrhi signo usus sum, Phidiae quoque ipsius caput Gorgonis quo Minervae Partheni pectus ornatum erat (nam de clipeo infra agendum) reperire poterimus, sed ad hanc rem necesse est ut nova primum series enarretur. Initium faciam ab hecta supra breviter sub Lesbi 4 memorata:

14a Cap. Gorgonis latum, vix distortum, quamvis ling. exs. magna, dent. parv., labro superiore quod arcus [1]) figuram habet, modicis lacunis in buccis inflatis, ocul. oblong., crin. mult. eleganter dispos. med. div., IV ang. erectis.

Ad hoc proxime accedunt quae in trihemioboliis Tegeae [2]) inveniuntur.

14b 1 Cap. Gorgonis minus latum, ling. exs., crin. fere ut **a**, II ang. erectis, supra Τ*εγεατῶν*.
)(In qu. inc. Ǝ ш/m *τριημιωβόλιον*.
Æ 11. 1.05 Coll. Imhoof. Mon. Gr. pg. 207 N. 267; Fox tab. 9. 101.
2 Cap. Gorgonis fere idem minus antiquum dent. parv., II ang. erectis.
)(In ar. cav. Ǝ ш/m.
Æ 12. 1.32 Coll. Imhoof. l. l. N. 268.

14c 3 Cap. Gorgonis simile, ling. exs., mento div., crin. ter div.)(In ar. cav. Ǝ ш/m.
Æ 12. — ectypus.

? 4 Cap. Gorgonis ling. exs., labro sup. arcus fig., superc. contr., crin. solutis spars. fere ut **18c**, circumd. II ang. supra et infra nodo fixis.
)(Noctua sin. in ar. cav., Τ Ε*γεατῶν*.
Æ 27/5. — Coll. Imhoof; Berliner Blätter 1863 tab. 8. 1.

(IV 5 Cap. Gorgonis tumidum, ore clauso, fere ut Corinthi 7, sed crin. non solutis.
2a))(Noctua adv. in ar. cav., ƎᒣƎT.
F 20. 10.02 Kœhler, Mitth. aus Athen VII pg. 2.

---

[1]) Hac voce utor ubi labrum magis hanc ‿ formam exhibet quam in natura, praesertim ore dehiscente, fit.

[2]) Fieri potest ut Tegeatae parvum caput Gorgonis in nummis Eleorum incuderint, sed cum eorum nummi ex ea aetate cum capite Gorgonis nondum ad nos pervenerint, res incerta est, quis tamen alius id facere potuerit non suspicor. De genere dubito.
Cap. Gorgonis ling. exs. parva, rictu lato, crin. horrent., incusum in stateros Eleos argenteos. Mus. Berol. K. Münzk. 1877 tab. 1. 49 et 2. 134.

III

Labrum illud arcus figuram habens recurrit in Parianis et in familia 15 ex Attica? terra oriunda; modica lacuna in genis iam apparet in Camarinae 3, deinde in Atticis serioris aetatis. Cum autem Tegeensia capita bene se invicem excipiant et eorum primum artissime cum Lesbio cohaereat, ab hoc initium seriei faciendum esse videbatur.

In plerisque Phidiacae Minervae exemplaribus caput Gorgonis quantum cognovi serioris aetatis artem redolet, in exemplari autem Parisino si non antiquissimum est, memoriam tamen antiquitatis servasse videtur et praesertim hoc labrum, hanc lacunam, hos crines, quae omnia in nostra serie coniuncta invenimus prae se fert, neque capitis forma multum abhorret; oculi tantum, non satis aperti videntur, sed fieri potest ut hi in tam magno signo alium adspectum praebuerint.

Imagine utor quam, quam accuratissime per tenebras Musei Luporensis fieri potuit, delineavi, cui tamen in minoribus rebus non nimiam fidem habendam esse crediderim.

14 Cap. Gorgonis ling. exs., labro sup. in arc. fig., mod. lacuna in genis, superc. contr.?, crin. eleganter dispos. med. div.

In pectore Minervae, quae a monili cognomen habet. Mus. Lup. N^{0}. 112. Marmor Parium.

Capite hectae Lesbiae 4 autem proximo Phidias ante annum 438 usus est.

Ad hanc familiam adsignandum est

14b′ Cap. Gorgonis ceteris huius familiae propius ad 15 accedens, ling. exs., rictu modico, bucc. inflat., aur., crin. med. fronte ornate dispos., in temporibus passis, diad. cinct..

Argilla cocta. Acroterium. Rep. Olympiae. Funde von Olympia IV tab. 28; Idem in I volumine tab. 39.

Adde etiam nummum quem Praeso adsignavit Wroth:

14b″ Cap. Gorgonis ling. exs. parv., rictu mod., crin. med. div. diad. cinct., II ang magn. undantibus in summo capite.

)(Hercules d. leonis exuviis amictus, genu flexus, arcum tendit, in qu. inc. lineari.

AR 23/19. 11.82 Num. Chron. 1884. tab. 3. 13.

Deinde ex typo qualis e, orta sunt capita quae nihil amplius peculiare exhibent, qualia in nummis Selgensium reperiuntur. (Imhoof. Zeitschr. f. Num. V. pg. 133—142. tab. 4).

Postremo ex magno numero eorum quae se huic familiae adscribi patiantur non memorabo nisi

III
14a' Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo, crin. med. div., sub cuius mento II angues nascuntur.

In d. Persei d., capite s., equo vecti, qui s. harpen tenet. Infra Medusa d., alis recurvis expansis, brachiis expansis, ang. cincta, genibus nixa, e cuius collum Chrysaor nascitur.

Argilla cocta. Rep. in insula Melo. Millingen, Anc. uned. mon. II tab. 2.

Non possum quin hanc et aliam, eodem loco repertam, eiusdem artis, mensurae et prope figurae imaginem Bellerophontis qui, itidem equo vectus, Chimaeram oppugnat, ad exemplum solii Aesculapii Epidaurii factas esse crediderim. De hoc solio scribit Pausanias (II 27. 2): *τῷ θρόνῳ δὲ ἡρώων ἐπειργασμένα Ἀργείων ἐστὶν ἔργα, Βελλεροφόντου τὸ ἐς τὴν χίμαιραν καὶ Περσεὺς ἀφελὼν τὴν Μεδούσης κεφαλήν.* Aesculapius ille, teste Pausania l. l., opus erat Thrasymedis Arignoti f. Parii, et si quid Athenagorae (leg. pro. Christ. 14. pg. 61 ed. Dechair) credendum est, arte Phidiaca factus erat. Tempus igitur optime quadrat, neque est cur magnopere miremur si quis Melius artifex, Epidaurum, ad celeberrimum fanum profectus, postea, domum reversus, hos typos finxerit.

Id tantum obstat artem illam cum arte Attica nihil commune habere, immo in equorum corpore praesertim proxime ad illam quam prudentius adhuc Olympiacam dicemus, accedere (cf. Funde v. Olympia II tab. 8). — Capitibus equorum nihil quam caput Pegasi in nummis Corinthiacis quibusdam similius vidi. — Ea tamen difficultas duobus modis solvi potest. Aut artifex, imagines artis alienae memoria tenens, illas fingendo in solitam artem vertit, aut ex Athenagorae verbis nihil amplius eruendum est quam quod Aesculapii signum medio seculo V ex ebore ac auro factum est.

Ad hoc quoque genus typorum pertinet fragmentum ex insula Cythera, nunc in Mus. Berol. (Arch. Zeitschr. 1882, tab. 8. 2):

Aiax Cassandram rapiens quae profugit ad Palladium cuius medius clipeus exhibet:

(IV Cap. Gorgonis tumidum, fere ut Tegeae 5, nulla ling., rictu, mod., mento
2a) div., crin. in fronte.

Nisi genere huius capitis monitus essem, hoc fragmentum artis paulo antiquioris esse crediderim. Medio enim seculo IV vix est antiquius.

Neque tempore neque arte a prioribus exemplis familiae **14** longe abest fragmentum adtritum in clipeo quodam in pluteo templi Minervae victricis:

15 Cap. Gorgonis ling. exs.?, dent. parv., labro sup. in arc. fig., ocul. magn., superc., crin. minus ornate dispositis, ang.? infra nodo iunctis.

III

Verum etsi tempore hoc caput necessario, quod bello Peloponesiaco saeviente factum est, paulo minus antiquum fuit quam prima sub **14** memorata, arte tamen necessario antiquius id esse dixeris.

Cum hoc nummi Populoniae plerique affinitatem ostendere videntur, interdum etiam similitudinem. Eos igitur hic enarrabo et quidem sic ut non nisi inscitia varios praeteream et pondera ubi potero gravissima adiiciam. Doleo quod inter gravissimos inveniuntur cum aversa pura quorum typi non accuratius definiantur (ex. gr. apud Leake 8.50).

De iusto ordine dubitationes mihi supersunt.

15a 1 Cap. Gorgonis ling. exs., dent. parv., rictu mod., bucc. latis, crin. passis diad. cinct., infra x (denarius), circum monile.)(Aversa pura.
Æ 25/0. 8.39 Mus. Brit. Cat. Italy pg. 6 N. 30; Head Guide tab. 7. 1.
2 Cap. Gorgonis fere idem, infima parte magis rotunda, infra x, circum monile.)(Aversa pura.
Æ 21/0. 7.30 Coll. de Luynes. Choix tab. 1. 3; Mommsen-Blacas tab. 18. 7; Revue Arch. 1879 tab. 18. 1.
3 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo, malis quadratis, ocul. parv., crin. fere ut sequentis diad. cinct., infra x x (II denarii reducti) circum monile.)(X'+ (II denarii ?).
Æ 20/19. 7.85 Mus. Brit. Cat. Italy pg. 2 N. 6.

15b 4 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu mod., dent. parv., mento acuto, ocul. maioribus, aur., crin. fere ut **11ζ**, Motyae 1 et Camarinae 1, diad. cinct., x x, circum monile.)(X,X.
Æ 20/19. 8.02 Coll. Six. Micali, Mon. ant. pour l'Italie tab. 61. 6.

15c 5 Cap. Gorgonis ling. exs., dent. parv., malis fere ut 4, crin. passis ut supra, diad. cinct., ∘x:x∘, circum monile.)(Aversa pura.
Æ 21. 8.30. Coll. de Luynes, Choix tab. 1. 2; Mommsen-Blacas tab. 18. 6.
Æ 22/1. 7.26 Mus. Brit. l. l. N. 9 (8.08, 7.98, 7.01 N. 10, 11, 12).

15d 6 Cap. Gorgonis fere idem, latius, ore in arcus fig., maximum cum **14d** praebens similitudinem, x : x, circum monile.)(Figura incerta.
Æ 22/19. 8.42 Mus. Brit. l. l. N. 8.
7 Cap. Gorgonis idem, x : x, circum monile.)(Aversa pura.
Æ 18. 7.24 Coll. Six.
8 Cap. Gorgonis fere idem, maius, diad. maiore, x(:)x, circum monile.)(Idem.
Æ 23/1. 7.95 Bibl. reg. Hagae Comitis.

15e 9 Cap. Gorgonis aeque magn. minus latum, ling. exs. longa, oris figura ut **c**, malis informibus, similitudine quadam cum speculo fortasse temere sub I **1b** descripto, crin. pass. diad. cinct., infra x x, circ. monile.

III

)(Caducei duo, quorum dexter inversus.

Æ 21.— Bibl. Fr.-G.

Æ 22/18. 8.60 Mus. Hunt. tab. 43. 24 (paulo videtur antiquior).

10 Cap. Gorgonis fere idem, infra (x x), circ. monile.)(Lolligo.

Æ 22/18. 8.23 Mus. Brit. l. l. N. 4. Revue Arch. 1879. tab. 17. 10. (7.91 Mus. Brit. l. l. N. 5.)

11 Cap. Gorgonis idem, tritum.)(Lolligines duae et x (x).

Æ 20. 8.03 Cat. Northwick n. 27; Mionnet tab. 62. 10; Micali l. l. tab. 60. 5.

12 Cap. Gorgonis idem, infra x : x, circum monile.)(Lolligines quatuor.

Æ 22/19. — Micali l. l. tab. 59. 3.

13. Cap. Gorgonis fere idem, diad. recto.)(Aversa pura.

Æ 21 7.67 tritus Coll. Six.

14 Cap. Gorgonis fere idem, mento paulo minus lato (diad. recto), x x.)(Caput tridentis in luna crescente, ⁙ : ⁙ ꟼΛИꟼΛ√Λ(V)Λ (Populonia *Ρωπλόνια*).

Æ 22/18. 7.37 Bibl. reg. Hagae Comitis; 7.87 Mus. Brit. l. l. 7; Eckhel Num. Vet. An. tab. 1. 11. Trésor de Glypt., Gall. Myth. tab. 26. 14.

---

16 Cap. Gorgonis altum, ling. exs. longa, rictu magn., dent. extr. ore magn., malis magn., bucc. infl., naso et ocul. humanis, superc. magn., (crin. effractis). Argilla cocta. Mus. Syracus. Hittorf tab. 25. 3.

Longe a ceteris omnibus diversum videtur, neque quidquam simile vidi, nisi in nummo Motyae apud Ugdulenam (Mon. Pun.-Sic. tab. 2. 22). Multum igitur doleo me nescire qua fide illa tabula digna sit, eo enim opere de aetate iudicium ferri potuisset. Sed etiam sic non vereor ne multum erremus si caput hoc postremis annis V seculi adsignemus.

Hic monebo alia quaedam capita antiquiora superesse, quae generi nulli adsignare potui, quia longius a ceteris aberant et aut minoris momenti esse credebantur, aut imbecillae artis testimonium prae se ferebant, aut tabulis minus fide dignis edita videbantur: Levezow 12; 18 sucineum; Hittorf 25. 3; Ficoroni, de Larvis scenicis tab 44 aeneum, dentibus argenteis, e gente III familia **14** ?; Micali, Hist. dell' ant. pop. tab. 51. 2 e gente II ?; 3; 4; 6 auribus equinis, nodo anguium intricato in crinium loco; tab. 52. 1; tab. 36. 2 ab una parte VIII ab altera IX anguibus solito longioribus; tab. 44. 3 Gorgo d. volans, alis rectis, capite ang.

III circumdato; tab. 10 = Mon. dell' Inst. III. tab. 42 circumdatum XXVIII ang. parvis, deinde ordine ferarum, deinde undis, deinde alternis Silenis (super piscibus) tibiis aut syringe canentibus et Sirenis. In infima parte lucernae aeneae multiplicis.

Parvula silentio praeteribo, invitus quaedam velut quae in amphoris panathenaicis indicantur apud Gerhard (Vasenbilder zu Berlin tab. A.3.9), consulto plurima velut ea quae in speculis Etruscis spectantur, e quibus non citabo nisi Gerhard, Etr. Sp. 87, 69, 123, 133, 146, 153, 156, 335. 2, 339.

Tandem perveni ad rara Gorgonis capita huius generis quae in vasis, rubris figuris, editis, nam de ineditis nihil affirmo, occurrunt, tam parva ut saepe vix memoratu digna videantur, quae hic perspicuitatis causa congesta ad suam quodque familiam adsignabo.

8ε'' 1 Cap Gorgonis ling, exs., rictu max., dent. parv., aur., cinc., XII ang. circumd., potissimum cum 8ε' affinitatem demonstrans.

In clipeo herois in cylice HIPPAPXOSKALOS inscripta. Gerhard A. V, 195, 196; Klein pg. 163. 6, qui hanc cylicem propter Hipparchi nomen Epicteto aut eius sociis adsignavit.

10d 2 Cap. Gorgonis ling. exs. parv., rictu mod. recto, bucc. lat., aur., cuius crines non spectantur, XIII ang. circumd.. Maiorem etiam affinitatem cum **10c** praeberet si lingua maior esset.

In clipeo Achillis in cotyle, rep. Caere, nunc Vindobonae (k. k. Mus. f. K.). Mon. d. Inst. VIII tab. 27; Conze V. Bl. I tab. 3. 1.

10e 3 Cap. Gorgonis ling. exs. minore, rictu parvo, bucc. inflat., aur., crin. ornate dispos. med. div. fere ut in fam. **14** inter quam et **10c** medium tenere videtur, XVI ang. circ..

In clipeo Minervae in cylice inscripta +A+PVLIONEPOIESEN EVΦPONIOS EΛPAΦSEN. Mon. ined. publ. p. l. Sect. Fr. d.l'Inst. tab. 16, 17; Conze V. Bl. V tab. 3; Klein N. 3.

Huic addas velim circulum IX ang. circumdatum.

In clipeo Achillis in cylice inscripta (E)VΦRON(IO)SEPO—ESEN, rep. Volcis. Gerhard A. V. 224, 225; Conze V. Bl. V tab. 6. 2; Klein N. 8.

? 4 Cap. Gorgonis ling. nulla (?), ore et mento minuto, magn. bucc., aur. magn., crin. qui in cincinnos, secundum lineas in summa fronte convergentes, desinunt. Aliud huius generis caput non novi.

In pectore Minervae, in cylice inscripta EVΦRO(NIOSE)POESEN, rep. Caere. Mus. Lup. Mon. Gr. publ. p. l'Ass. p. l'enc. d. ét. gr. en F. tab. 1; Conze V. Bl. V tab. 1. 1; Klein N. 7.

III

10c' 5 Cap. Gorgonis ling. exs. longa, rictu recto, bucc. lat., ocul. parv,, nulla fere fronte crin. mult.. Infima parte summam habet cum **10c**, similitudinem, tamen iam propius ad **61** accedit.

In aegide Minervae in cylice inscripta ΔΟRIΣΕΛRΑΦΣΕΝ et ΓVΘΟΝ. Mon. dell' Inst. VIII tab. 41; Conze V. Bl. VI tab. 1; Klein N. 13.

8A' 6 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu lato, dent. extr. ore magn. tantum, crin. mult., propter latum illum rictum, illo tempore rarum, cum *8A'* iungendum, neque longe ab 1 distans. Mon. dell' Inst. II tab. 35.

Neque longius ab *8A'* abest

7 Cap. Gorgonis ling. exs., rictu lato, dent. extr. ore magn., bucc. infl., aur., cinc..

In pectore Minervae in amphora Nolana. Mus. Lugd. (coll. Canino). Lenormant et de Witte I tab. 76A.

His antiquius et propius ad 1 accedens est

8 Cap. Gorgonis ling. exs., dent. parv, rictu lato, aur., cinc..

In pectore Minervae sedentis, in patella, falso olim Duridi, propter litteras hodierna manu additas, data. Rep. in Etruria, Mus. Berol. Gerhard Trinksch. und Gef. tab. 13; Conze V. Bl. tab. 3. 2.

Alia tam parva aut tam negligenter facta ut non operae pretium sit de iis separatim agere vide Gerhard A. V. tab. 116, 184, 202; Arch. Zeit. 1876 tab. 11; Benndorf Gr. und Sic. Vas. tab. 31. 1; Mon. dell' Inst. X tab. 54 et Lenormant et de Witte III tab. 11 (bis in sella dei barbati).

Longe memoratu dignius, quamquam etiam parvum, est

12e 9 Cap. Gorgonis ling. exs. parva (?), rictu parvo, crin. horr. passis.

In aegide Minervae in cylice inscripta ΕΡΓΙΝΟΣ ΕΓΟΙΕΣΕΝ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΣ : ΕΓΡΑΦΕ. Rep. Volcis. Mus. Berol. Gerhard Trinksch. und Gef. tab 2. 3; Conze V. Bl. I tab. 5; Klein pg. 190. 1.

Cui statim adiiciam

12f 10 Cap. Gorgonis ling. exs., ang. crinium loco praeditum.

In pectore Minervae in cylice quae a Codro cognomen accepit. Bononiae. Braun Kodros Schale; Conze V. Bl. I tab. 4.

Neque minus memorabilis, licet in rebus minoribus non magna fides tabulis editis praebenda videatur, est crater figuris magnis qui aeque ac nummi Camarinae duo genera coniungit.

12 11 Cap. Gorgonis (Medusae) ling. exs., rictu satis lato, dent. parv., crin. mult. horr. spars.; in manu s. Persei adv. qui chlamyde amictus, caligis alatis, dextra harpen tenet, capite s. petaso tecto; ad d. Cepheus s. barbatus in solio sedens et iuvenis s. imberbis baculo innisus; ad s. Minerva

III d. galea Attica s. hastam tenens et Andromeda? d. coronata, rupibus insidens in quibus arbor emortua. In altera parte crateris :

? 12 Gorgones duo gradientes, alis rectis, tunica brevi, manibus terrorem significantes, ling. exs., dent. parv., rictu satis lato, crin. ornate disp., alterius diad. [1]) cinct.; inter eas Neptunus d., barbatus, d. tridentem tenens; ad s. mulier d.

In Mus. Biscari, Catanae. Millin Vases Ant. II tab. 3 et 4; Levezow tab. 3. 29—31.

GENUS IV.

Novum genus ordiendum videtur a statere ex electro, qui fama quadam hodie fruitur quasi antiquissimum caput Gorgonis exhiberet. Neque fortasse illi qui non nisi caput illud viderunt omnino vituperandi sunt, admodum enim rude videtur. Verum area incusa flosculis ornata, in nummo minus globoso, minus priscam antiquitatem prodit, neque dubito quin hic vultus non rudis sed horrens potius sit dicendus et iam artis, quae propositi sibi conscia esset, testimonium prae se ferat.

In qua urbe cusus sit ignoro. Head (Br. Mus. Cat. of Centr. Gr. pg. LII) eum Eretriae dare proposuit, quod si per pondus et, secundum eum ac alios, per typum adversum liceret, per pondus tamen necesse non est, per artem probabile non videtur, per ornamenta incusi vix licet. Ad haec proxime accedit unum ex tribus typis incusis in nummo Milesio itidem ex electro (Mus. Brit. Num. Chron. 1875 tab. VIII. 4). Quominus Mileto tamen hunc adsignemus pondus nos prohibere videtur. Coniicere nequeo quibus nitatur argumentis vir cl. Gardner (Types tab. 4. 5), qui caput illud Gorgonis esse negaverit, nummum tamen Pario adsignet. Eius urbis nummos antiquiores non novi. Dubius igitur haereo, nam de Selga, cuius exemplar 1 levissimam affinitatem quadrati incusi offerre possit videri, cogitare omnino non ausim.

1a Cap. Gorgonis tumidum, ling. exs. (ectypum ante oculos habeo qui de artificis proposito nullam dubitationem relinquit. Cf. I **2c**), ore tamen clauso, rictu magno angulis paulum demissis, buccis magnis infl., ocul. parv., superc. magn., aur. magn., fronte nulla, cirris III ordinibus.

)(Ornamentum e quattuor floribus? consistens, in area incusa.

---

[1]) Licet hoc diademate careat tabula apud d'Hancarville et imago qua usus est Levezow, non tamen mihi persuadeo illud omnino nunquam exstitisse, vestigia tantum superesse potius crediderim.

IV
EL 18/4. 8.03 (8.20 ectypus) Mus. Brit. Head Guide tab. 1. 4; Gardner types tab. 4. 5; Mus. Berol, Helbig das Homerische Epos pg. 287 fig. 120 (male).

Huius capitis progeniem, sit venia verbo, antiquiorem nondum repperi. proxime accedit III **9a** (in statua Cypria) aequalis fere. Recentior aetas tamen multam prolem vidit. Initium fit a

1b Coroneae 3, forma eadem, ling. exs., buccis et cirris iisdem, annis 387—374 adsignato.

Sequuntur alia:

2a Olbiae 7, Tegeae 5, ore clauso, mento div., bucc. infl., crin. brev. (et Corinthi 8 (III **13c**) crin. flammarum instar horr..)

Haec quoque familia in gente alata recurrit.

Iis hic pauca addam. Ut meus est mos in recentioribus, non nisi de nummis diligentius quaesivi.

Primo loco sint semis et sextans Italici, nescio cuius urbis aut regionis:

2a 1 Cap. Gorgonis tumidum ore clauso, bucc. magn. crin. ter div.
)(Caput adversum bovis inter ●● ●● ●●
Æ 22/1. — Minervini, Saggio t. 2. 1.

2b 2 Cap. Gorgonis minus tumidum, mento non div., crin. passis?)(In circulo ●●
Æ 19. — Minervini, Saggio di Obs. Num. tab. 2. 2.

Cum **a** potissimum comparentur nummi Macedoniae (Mionnet I pg. 553 N. 563—566):

2a' Cap. Gorgonis lingua quidem exs., interdum rotundum, interdum mento acutiore, crin. saepe divis., in medio clipeo Macedonico.
)(Galea Macedonica adversa, Β — Α*σιλέως?*, in area caduceus et monogramma.
Æ 16—15. 4.70—3.15 Bibl. Reg. Hagae Comitis; Coll. Six (IV ex.)

Hoc genus capitis saepe sed sine lingua in monumentis recentioris aetatis occurrit. Exempla colligere omisi. Ecce duo quae in promptu sunt:
1 Conze V. Bl. I. 12 e Millin, Tombeaux de Canosa: vas rubr. fig..
2 Journal of Hell. Stud. 1883 tab. 1: theca aenea speculi.

Ad **b** addere potes nummos Gaditanos quorum varia exempla vide apud Heiss Monn. ant. Espagn. (tab. 51. 15, 16 et 52. 27, 35, 36):

2c Cap. Gorgonis ore clauso, crin. pass., med. div..

Artius tamen cum prioribus cohaeret denarius L. Plautii Planci intra annos 49—45 a Chr. n. (Mommsen-Blacas pg. 545) cusus:

2d Cap. Gorgonis rotundum, ore clauso (interdum aperto, dent. parv. fere ut in nummis Populoniae) (superc. interdum contr.) crin. mult. retortis sparsis (inter quos interdum II angues). L · PLAVTIVS)(PLANCVS, Aurora quadrigas solis ducens.

IV
Ꭿ 28. — Cohen tab. 33. 7.

Si tamen quis capita **c** et **d** potius ad finem familiae **12** gentis III recensenda esse censebit, non obstabo.

Plurima silentio praeteribimus; non tamen omittendum videtur

2e Cap. Gorgonis tumidum ore clauso, fronte lato contracto, crin. pass..

Fibula pallii statuae, e marmore Pario, Pompei Magni? (vide Bernoulli, Röm. Icon. pg. 112 sqq.). Visconti, Iconogr. Rom. tab. 5. 1.

Recurrendum est ad antiquiora quorum aetas non longe a **1b** abest, qui tamen propriam familiam desiderant, quod tumida non sunt.

Initium faciam a nummulo aureo Syracusano quem Head (Num. Chron. N. S. XIV pg. 17) annis 412—406 adsignavit, qui tamen vix ante annum 400 cusus videtur:

1 Caput d. Minervae galea Attica cristata, ΑϘVΣ, in circulo.

3a)(Cap. Gorgonis rotundum, ling. exs., rictu parvo, fronte rug., crin. med. div., in aegide parva VIII ang., in circulo, in ar. cav.

AV 9. 0.73 (0.60 Coll. Six) Mus. Brit. Num. Chron. N. S. XIV. tab. 3. 10.

Fortasse Dionysii quoque est:

2 Caput d. Minervae, galea Corinthiaca, in II circulis. Litterae nullae apparent.

)(Cap. Gorgonis minimum, in aegide squamosa VIII ang., in ar. cav..

Ꭿ 10/8. — Lugduni Batavorum.

Proxime ad 3a accedit, etsi magis tumidum est,

3b Cap. Gorgonis ling. exs., rictu parvo, fronte contr., crin. med. div., circumd. II ang. supra et infra in nodum redactis.

In medio clipeo marmoreo qui Strangfordi cognomen accepit. Mus. Brit. Michaelis, Parthenon tab. 15. 34; aliis locis.

Hunc clipeum ad exemplum Phidiacae Minervae, quae in Parthenone stetit, factum esse, satis notum est, utrum tamen in Gorgonis capite fide dignum sit an non, exquirendum est. Primo loco, sigillum marmoreum integerrimum, in Varvaceo adservatum, in clipeo caput Gorgonis exhibet ore clauso, nullis anguibus sed alis ornatum, quae seriorem aetatem produnt, cetera tamen simillimum (Mitth. aus Athen 1881 pg. 94); deinde aliud fragmentum clipei (Schreiber, Athene Parthenos tab. 3. E 3) caput Gorgonis quidem non servavit sed, ut vir doct. Schreiber (l. l. pg. 60) vidit, partem aegidis parvae, qua illud circumdabatur. Suspicor igitur in exemplo caput Gorgonis sic fere in aegide parva collocatum fuisse ut in nummulo Syracusano. Hic tamen Phidiae manum non agnosco; aetatem illud recentiorem nimis redolet. Sed conficitur ex Isocrate (c. Callim. 57), collato cum Synesio (de calv. 19 pg. 83A), ante initium seculi IV (ex

IV

eo enim tempore Isocratis oratio esse videtur) Philurgum (aut Phileam) quendam caput Gorgonis τῆς θεοῦ (i. e. Partheni) furatum esse, neque unde is illud furatus sit dubium esse debet, quia e Pausania (I. 24. 7) scitur caput Gorgonis in pectore deae eburneum fuisse, neque omnino de eo, utpote nimis alte posito, cogitandum erat.

In locum igitur capitis aurei deperditi — quis enim eburnei capitis causa sacrilegium commisisset? [1]) — novum caput inauratum cum aegide, γοργόνειον (χρυ)σοῦν ὑπάργυρον ἀπὸ τῆς ἀσπίδος τῆς ἀπὸ τοῦ (ἕδους.) (C. I. A. II 652 B1, 654 B7 et 660. 52.) quod, ut visum est viro doct. Koehler, thensauro accessit anno 399/8, factum fuerit, cuius satis fidelem imaginem nobis excogitare possumus.

Tertium accedit

3c Cap. Gorgonis propius ad **a** accedens, sed ore clauso et fronte contr., in aegide parva XIV ang. [2]).

In aegide in pectore signi marmorei Minervae celeberrimi Dresdensis. Becker Augusteum I 9. 10, III 155; Overbeck, Atlas der Gr. K. Myth. tab. 5. 6.

De huius simulacri aetate, quod, vere antiquum cum non sit, priscam antiquitatem imitari conatur, difficile est iudicium. Neque quidquam affirmare audeo. Illud tantum moneo, tempore Alexandri et Diadochorum, postremis igitur annis seculi IV [3]), ut ex nummis Ptolemaei Soteris et ex vasis panathenaicis annorum 336, 333, 332, 328, 323, 321 et 313 (Mon. dell' Inst. X tab. 47a—48b) apparet, aut iam paulo antea, siquidem recte vir cl. Benndorf fragmenta templi minoris Samothraci ad aetatem Philippi adsignavit, studium illud antiquitatis primum exarsisse [4]).

Cum **3b** comparetur

3b' Cap. Gorgonis fere prorsus idem, ore tamen clauso.

In medio clipeo, in latere sarcophagi. Le Bas et Waddington, Mon. Fig. t. 87.

Comparentur quoque nummi Atheniensium, postremis annis seculi II aut primis seculi I cusi:

---

[1]) Haec ad argumenta spectant quae Iahn (Berichte d. k. sächs. G. d. W. 1858 pg. 109) ingeniose protulit. Non tamen mihi persuasit Philurgum personam fictam esse. Fures enim, credo, Athenis non minus audaces fuerunt quam in aliis terris.

[2]) Antiquissimum quod inveni in aegide Minervae caput Gorgonis, totum anguibus (et quidem X) circumdatum, spectatur in gigantomachia apud Heidemann (Hall. Winkelm. Progr. 1881) in cylice, in Mus. Brit. Tam parvum est ut de genere iudicare non liceat.

[3]) Vide thesin 22 dissertationis viri amicissimi doct. J. H. Reynders, de vita Phrynichi. Amstelodami 1883.

[4]) Non ignoro vulgo aliter iudicari et contendi artem illam, quam hieraticam dicant, omni aevo floruisse, sed exempla desidero.

IV
3d Cap. Gorgonis rotundum, crin. brev., sub mento nodo anguium, circum crines X anguibus.
)(Minerva d. hastata gradiens, ΑΘΕ, in ar. cav.
Æ 20. 8.80 Bibl. reg. Hagae comitis; 8.65 Coll. Six; Beulé pg. 346.
et in area tetradrachmi argentei in quo ΝΙΚΗΤΗΣ et ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ nomina inscripserunt: Cap. Gorgonis III ang..
Miletopolitani exemplum aenei nummi secuti sunt:
Cap. Gorgonis fere idem, circum monile.)(Noctua, ΜΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤῶν.
Æ 16. — Sestini Lett. VII tab. 3. 7.

Frustra hic quaereres nummum aureum Syracusanum qui fertur (Luynes, Bullet. Arch. Nap. I tab. 9. 3), antiquus enim non est.

Si quis tertiam hanc familiam in altera parte familiae III 14 malit collocari, non est cur id ei negemus.

GENUS V.

Hoc genus, in quod ea Gorgonis capita redegi, quae crinibus sparsis, anguium more retortis, inter quos interdum angues miscentur, ceterum nihil inhumane habent, immo pulcro vultu solent dici, pauca continet exemplaria sed plurima generi VII, alato, subpeditabit.

Invenies antiquissima [1]),
1a in nummulis Coroneae 4, 5 et 6, quos libenter post annum demum 338 [2]) cusos esse crediderim.

His proximus est nummus, omnino non praetermittendus, Seriphi:
1 Caput d. Persei.
)(Cap. Gorgonis pulcr., crin. pass., infra ensis hamatus, Σ Ε Ρ ιφίων, in ar. cav.
Æ 19/8. — Coll. Imhoof.

Longe minus antiqua, propius ad genus IV accedentia, eduntur:
2 Caput d. Persei galea alata. Fulmen superincusum.
)(Cap. Gorgonis crinibus brevioribus, ensis hamatus, ΣΕ Ριφίων.
Æ 18/7 — Cadalvène tab. 4. 24.
3 Cap. Gorgonis crin. passis, infra ensis hamatus.

---

1) Suspiciosa enim videtur imago crateris, rubr. fig., edita Arch. Zeit. 1852 tab. 42, non quod praeter caput Gorgonis ling. exs., ang. circumd., in pectore Minervae, ad rupem in qua Perseus sedet alterum caput Gorgonis ore pulcro, oculis clausis!, crin. passis iacet, verum quod illud non ad eandem aetatem ac litteras ΑΘΕΝΑΙΑ adsignare ausim.

2) Nunc tandem video viros Coronaeos ad primos annos seculi III a Pausania (I. 25. 8) memorari.

V
)(Perseus s. currens, s. ensem hamatum tenens, dextra(cap. Gorgonis?), CEPI-ΦΙΩΝ.
Æ 11. — Cadalvène tab. 4. 27.

Deinde prioribus non multo recentiora sunt capita, si quidem haec vere Gorgonis sunt de qua re semper dubito, in assibus Olbiae.

1b Olbiae 8 et 9 qui non caput tantum sed etiam collum torque et monili ornatum habent. Horum accuratam imaginem non novi nisi apud Waxel l. l.. Quae Kœhler edidit in actis Academiae Petropolitanae non vidi.

Maxime ad a accedit nummus aeneus Demetrii Aniceti, regis Bactriae et Indiae qui initio seculi II a. Chr. n. regnavit. (Cunningham Num. Chron. N. S. IX pg. 140 sqq.).

1a' Cap. Gorgonis fere idem ac a, sed pluribus crinibus et nodo anguium sub mento, in medio clipeo.
)(Tridens, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, monogramma Ξ/Α.
Æ 31. 23.12 (Mus. Brit. 23.32) Coll. Cunningham. Num. Chr. l. l. tab. IV. 7.

Proximum autem ad hoc accedit

Cap. Gorgonis in thorace Alexandri magni in celeberrima tabula vermiculata, Pompeiis reperta, de qua misere adhuc nescimus ad quod exemplum — opus sine dubio celeberrimi pictoris — factum sit. Niccolini Quadro in Musaico t. 2.

Postremum huc pertineret, si quidem re vera Gorgo esset, pulcerrimum caput emorientis illud marmoreum quod Medusa Ludovisi dici solet. (Mon. dell' Inst. IX tab. 25; Annali 1871 tab. S, T.). Propter oculos clausos mihi tamen valde suspectum est etsi vir cl. Dilthey (Ann. dell' Inst. 1871 pg. 237) rara exempla adnotavit.

Siquidem recte a viro amicissimo doct. A. Kalkmann (Arch. Zeit. 1883 pg. 41 sqq.) Aristidis *anapauomene propter fratris amorem* Canace fuisse demonstrata est, si, ut idem ille voluit (l. l. pg. 62), huius operis imaginem nobis servavit hydria, r. f., (l. l. tab. 7. 1), non fortasse absurdum erit, capite illo cum hydriae pictura collato, in eo Canaces caput, ad exemplum tabulae pictae Aristidis sculptum, agnoscere velle. Iam autem vir cl. Dilthey (l. l. pg. 226 sqq.) marmor illud ad exemplum picturae sculptum esse demonstrare agressus est.

Dubito etiam de capitibus cornibus ornatis. Fieri potest ut certa exempla me fugerint. Quae ante me iacet imago (e Museo Jatta, Cat. 296: argilla cocta, nigro colore nitido obducta) capitis adversi, crinibus sparsis anguium modo retortis, quod cornibus vitulinis, auribus quoque bestiae, vix tamen bovinis, potius equinis aut caprinis, praeditum est, Gorgonis vix videtur esse posse. Si nomine omnino tibi opus est nomen proponam Acheloi. Cf. speculum apud Gerhard, (Etr. Sp. tab. 340): Hercules, ꟼVↃΛQƎH, luctans cum

Acheloo, ƎAV↓A, cuius caput imberbe, cornibus vitulinis, auribus leoninis ?, crinibus passis diademate cinctis, ut caput Gorgonis in nummis Populoniae, conspicuum est.

Itidem huic familiae adscribendi erunt nummi Rhodiorum si qui caput Gorgonis exhibent. Solent enim caput Solis, crinibus passis, saepe radiis circumdatum habere, sed interdum leni mutatione caput illud Gorgonis factum esse videtur. Exempli gratia:

Id 1 Cap. Gorgonis adv. ad sin., crin. quos in anguium caudas exire dixeris, sub mento nodo anguium ?.

)(Flos quem viri docti rosam aut balaustium dicere solent, in area caduceus, Ρ—οδίων, ΑΙΝΗΤΩΡ.

AR 16. 2.59 Coll. Six.

Neque tamen hanc Gorgonem esse mihi esset persuasum, nisi aliud accederet

(VII 2 Cap. Gorgonis adv. ad d. fere idem, sine anguium nodo, verum parvis alis.

Id))(Flos, in area stella, Ρ—οδίων, ΓΩΤΟΣ (lege ΓΟΡΓΟΣ, vide Mionnet III pg. 418 N. 162), circum monile.

AR 22. 4.42 Mus. Hunter. tab. 45. 5.

Aenetoris nomen recurrit in tetradrachmis Rhodiis cum typis Alexandri, classis VI Mülleri, quae, rebus Rhodiorum florentibus, sub regno Antiochi IV cusa sunt ut ex compositione thensauri Laodicensis, anno 1759 p. Chr. n. reperti, discripti apud Pellerin (Melanges I pg. 104 sqq.), luce clarius apparet. Ante annum igitur 164 a. Chr. n. edita et defossa sunt.

In hac familia plurimi Asiae et insularum nummi recensendi sunt.

Ab Aradi nummo incepi quod ipse, certo anno adsignandus, aetatem nummorum Astypaleae, Muconi, Etennae et Selges non male definit. Anno enim Aradi 149, i. e. 110 ante Chr. n., cusus est.

Ic Cap. Gorgonis adv. ad d., crin. brevioribus, inter quos II anguium capita, circum monile.

)(Aplustre, Β C = β — ς (nomen magistratus), ⌐ = ϧ?, ΘΜΡ = 149.

AR 11. 1.10 Mus. Caes. Vindobon.; 1.17 Coll. de Luynes; ϧ? et ϫ? Mus. Brit.

Astypalaeae.

1 Cap. Gorgonis simile, II ang. erectis in summo capite, (ΑΣΤΥπαλαίων Mion. S. VI pg. 563. 2).

)(Caput d. Persei, galea Phrygia, in umero ensis hamatus.

Æ 14. 3.30 Coll. Six.

2 Cap. Gorgonis simile, adv..

)(Ensis hamatus, in ar. cav., (interdum ΑΣ, Mion. S. VI pg. 563. 1, interdum ΑΣΤΥπαλαίων, Mion. S. V. pg. 296. 93; Borell, Num. Chron. IX pg. 163. 1.

V

Æ 13. 2.02 (0.064 (sic) Borell) Coll. Six.

Adde Myconi nummum cuius caput adversum, neque alatum, neque anguibus cinctum, vix tamen Gorgonem vocare ausim nisi summa cum superioribus esset similitudo.)(Racemus vitis, sceptrum, granum, $^{\text{M Y}}_{\text{K O}}$*νίων*.
Æ 15. — Cadalvène tab. 4. 15.
Idem valet de nummo Etennae)(Harpe aut strigilis.
Ꭿ 9. 0.70 Bibl. Fr.-G. Imhoof, Mon. Gr. tab. F. 18.
et ex parte de nummis Selges, iam supra, pg. 54, memoratis. Exempla vide: Revue Num. 1853 tab. 2. 6, 7.

His addatur nummus ignotae originis, nomina enim virorum plurima per *'Εὐαγ* incipiunt, urbium nulla.
Cap. Gorgonis adv. ad d., nodo anguium.
)(Galea Corinthiaca cristata d., ΕΥΑΓ aut ΑΓ (hae litterae duae ligatae), in circulo in ar. cav.
Æ 14. 1.77 Coll. Imhoof.

1e Nummus Parianus 5 cuius caput, paululum ad dextram versum, crinibus magis tortuosis est.

Vasa quoque, r. f., nobis huius familiae exempla suppeditant. En haec duo:
1 Cap. (et collum) Gorgonis ore pulcro, crin. passis.

In manu Persei qui Polydecten in saxum vertit. Crater rep. Bononiae. Ann. dell' Inst. 1881 tab. F.
2 Cap. Gorgonis ore pulcro, fronte contr., sub mento nodo anguium qui ad tempora se erigunt.

In manu Persei qui satyrum perterret. Gerhard, Berl. Winkelm. Progr. 1852.

Huius generis familia altera continebit ea capita quae Gorgonis esse nescires nisi in media aegide collocata essent.

Initium faciam a nummo argenteo Ponti quem vir doct. Imhoof-Blumer (Mon. Gr. pg. 226 N. 2) Amiso adsignare proposuit:

Caput d. imberbe Persei, in umero ensis hamatus.

2b)(Cap. Gorgonis prorsus humanum, ore semihiante in aegide sexangula, squamosa, ang. ornata, monogramma, in ar. cav.
Ꭿ 17. 3.74. Coll. Imhoof l. l. tab. E 15.

Ponto ideo hic tribuitur quod vulgares sunt nummi aenei, eodem aegidis typo, quos urbes pleraeque ex regno Ponti, cuderunt, quarum Eckhel (Doct. Num. II pg. 343) iam nominavit Amisum, Cabira, Comana, Laodiceam, Amastrim, Sinopam. Accedit Chabacta (Mus. Hunter pg. 93). Unum pro omnibus dabo:
Caput Gorgonis in aegide ut supra.

V
)(Victoria d. alata, gradiens, sinistra palmam in umero positam tenens quam dextra taenia ornat, AMI—ΣOY, monogramma.
Æ 20. 7.80—6.60. Coll. Six (5 exempl.).

Cf. Chabactorum nummus (Mus. Hunter tab. 17. 1 non male). Admodum prava est imago apud Muller-Wieseler (II tab. 52. 918).

Ante annum 49 a. Chr. n. eos cusos esse docet de Kœhne (Mus. Kotschoubey II pg. 162), nummos enim edidit Archontis Asandri (annorum 49—42) qui vestigia nummorum Amisi servant.

His addam paulo antiquiora e nummis quadratis, ex India oriundis.

2a 1 Cap. Gorgonis fere ut **1a'**, ut videtur, in aegide expansa, papilionis fere figura, (B)AΣIΛEΩΣ NIKHΦoPoY ANTIMAKoY (sic).
)(Palma et corona, litteris Arianis: Maharajasa jayadharasa Antimâkhasa.
Æ □ 20. 10.56—7.64 Num. Chron. N. S. IX tab. 8. 2.

Aetas Antimachi illius ignoratur, eius regnum anno 165 a. Chr. n. recentius fuisse demonstravit vir doct. von Sallet (Zeit. f. Num. 1879 pg. 203 et 307).

2 Caput d. galeatum Minervae, BAΣIΛEΩΣ ΣΩTHPoΣ MENANΔPoY.
)(Cap. Gorgonis fere idem, in medio clipeo, aegidis squamis obducto, litteris Arianis: Mâharajasa tradatasa Menandrasa.
Æ 22. 8.49—8.10 Num. Chron. N. S. X tab. 18. 3.

Menander, etsi inter nobiliores Indiae reges memorandus est, temporis est incerti. Cunningham (Num. Chron. N. S. X pg. 220 sqq.) eum medio seculo II ante Chr. n. regnasse demonstrare conatus est.

Sequatur, nam secundum virum cl. Mommsen intra annos 114—104 cusus est, triens Romanus:

Caput Minervae d., circ. monile, ● ● ● ●, CN DOMItius)(M · SILAnus Q · CVRTIus.
? Cap. Gorgonis tritum, in aegide decem lateribus.
Æ 23. — Bibl. Fr.-G. Cohen tab. 54. Curtia 2.

Postremo huic generi tertiam familiam addam, quae non nisi anguibus aut multis aut permagnis agnoscenda est. En tibi exempla:

3a Cap. Gorgonis crin. med. div., VIII? ang. maculosis. In medio clipeo Minervae.
Amphora rubr. fig., Italica?: Iudicium Paridis.)(Necuia ?. Bullet. Arch. Nap. I. tab. 6.

Cap. Gorgonis crin. med. div., IV ang. magn.
In pectore Minervae, ΔƎꟼꟼИƎM, in speculo. Gerhard. Etr. Sp. tab. 305.

3b Cap. Gorgonis altius, crin. med. div., IV ang..
In pectore Germanici? (15 a. Chr. n. — 28 p. Chr. n.). Onyx. Visconti, Icon. Rom. tab. 24. 5.

V

3c Cap. Gorgonis crin. nullis sed ang. crinium loco et sub mento ang. nodo. Infra ΑΙΡΗΓΩ | ΡΩΡΟΜΑΝΔΑΡΙΗ *ἀϱήγω Ρωϱομανδάϱη* (nomen Parthicum?)

Iaspis rubra. King, the Gnostics tab. 10. 5.

Miranda addam:

3d 1 Cap. Gorgonis, XII ang. permagnis, aur. magn., ore hiante, ling. exs., circum + ΑΓΙΟϹΑΓΙΟϹΚΟΑϹΦΑΩΟΩΧΑΝΑϹΤΦϹVΧΙϹΤΟΙϹЄVΛΟΓΙΜЄΝΟϹ. King, the Gnostics pg. 67.

Quod, interpretatione viri cl. King collata cum iis quae vir doct. Froehner (Kritische Analecten, Philol. supl. V pg. 42) adtulit: + . ΓΙΟϹ·ΑΓΙΟϹ. ΑΓΙΟϹ·ΚЄϹΑΒΑΩΘΟΑΗΡΗϹΟΟΥΡΑΝΟϹ, + *(ἅ)γιος, ἅγιος, ἅγιος* Κ(*ύϱι*)ε Ϲ*αβαὼθ, ὁ ἀηϱης?, ὁ οὐϱανός*, legendum videtur: *ἅγιος, ἅγιος* Κ(*ύϱι*)ε Ϲ*αβαὼθ, ὡσαν(ν)ὰ ἐ(ν) τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος.*

2 Cap. Gorgonis fere idem, VII ang.)(Inscriptio 2.

Onyx. Macarii Apistopistus etc. tab. 17. 70.

3 Cap. Gorgonis vix distinguendum, VII ang., circum inscr. 4.)(Ι*οάννης* Π*ϱοφήτης* adversus, digitis II prioribus manus d. sublatis, sin. manu crucem tenens, circum inscr. 4.

Iaspis, catena ad altare St. Servatii defixa. Traiecti ad Moesam. Bock et Willemsen, Ant. Sacrées de St. Servais etc. pg. 101 fig. 12; King the Gnostics pg. 119.

Harum gemmarum inscriptiones, collatis iis quas Kopp (Palaeographia critica IV pg. 343) et Froehner l. l. attulerunt, sic interpreto:

1) Kopp + VC. . . . |ΜΕΛΑΗΗΜΕ|ΛΑΝΟΜΕΝΗΟϹ|ΟΦΗϹΗΛΗΕϹΕΚ|ΕΟϹΛΕΟΝΒΡV|ΧΑϹΕ

2) + ΥϹΤЄΡΑ| . ЄΛΑΝΗΜΙ Ι. ΑΝΟΜϹΝΙΟ| . ΟΦΗϹΗΛΗ|ЄϹЄΚ, ΟϹΑЄ|ΟΝΒΡΥ|ΧΑϹЄΙ

3) Froehner · VϹΤЄΡΑ ΜЄ|ΛΑΝΗΜЄ ΛΑΝΟ|ΜЄΝΗΩϹΟΦΗϹΗΑΙ ЄϹЄ . . . .

4) + ΙϤ ΕΡΑΓΜΕΛΑΝΗ . . . . . . ΟϹΟΟΗΓ . . . .

+ *ὑστέϱα μελάνη μελανομένη ὡς ὄφις εἰλύεσαι καὶ ὡς λέων βϱυχᾶσαι*

1) . . . . ΚΕΟϹΛΡΝ |ΟϹΚVΜΑϹΕ

2) . . . . ΚϹΟϹΑΡΝΙ|ΟΝΚΥΜΟΥ

3) ΚΑΙΩϹ|ΔΡΑΡΚΟΝϹΥΡΙ|ΖΗϹΟΓΚΝΟΒ|ΘΩΖΡ (Ν)* Haec littera ex fine versus in versum

4) . . . .)(+ Ι ϤΗϹDΠΟ ϹΚϹΟϹΑ superiorem deerravit.

καὶ ὡς δϱάκων συϱίζῃς ὅπως καὶ ὡς ἀϱνίον (*ἀϱνὸς*) *κοιμάσει* (*κοιμου*?) [1].

---

[1]) De graecitate commentationem aliis relinquo. Cum autem virorum doctorum interpretationes non placuerint, novam viam tentavi. Hos lapides amuleta sive remedia hystericis mulieribus fuisse suspicatus sum. Sciebam enim per Medium aevum vulgatum fuisse errorem: uterum esse ANIMAL cuius MOTUS morborum muliebrium causa essent. Corroboratur haec opinio a viro amicissimo doct. E. H. M. Thijssen, qui mihi locum indicavit Platonis, plenum doctrinae Pythagoricae, (Tim. pg. 91: *αἱ δ'ἐν ταῖς*

VI

Nihil minus antiquum novi. Inscr. 2) ex IX seculo esse potest, figuram *τοῦ* **y** vide C. I. G. IV. 8684; 4) autem vix ante XIII seculum erit nam et ϥ, ϛ pro *στ* et ϻ, media hasta deducta, eo tempore primum inveni in inscriptionibus (C. I. G. IV. 2262 (A⁰ 1212), 8752 (A⁰ 1238), 8761, 8772 (A⁰. 1397)) et idem ϻ in nummis Theodori III Vatatsis ducis Lascaris (A⁰ 1255—9).

GENUS VI.

Duo genera constitui, VI et VII, quae capita Gorgonis alata capiant; VII ea continebit quae pulcro ore dicuntur, hoc autem VI ea quae in familiis quatuor prioribus recensuissem nisi alis praedita fuissent, quae igitur sic numerabo ut numeri Arabici **1** et **2** numero Romano generis, ceteri Arabico generis III respondeant. Initium omnino faciendum est a nummulis quos pg. 31. Ciliciae et quidem Mallo adsignare proposui [1])

9b et **c** qui cap. Gorgonis miro modo IV alis circumdatum exhibent (accuratam descriptionem vide sub III **9b** et **c**). Doleo quod de aetate nihil certum repperi. Ex V seculo esse videntur.

Vereor tamen ut ex iis hoc genus deducendum sit, quod alae fere semper longe aliter dispositae sint.

Quae sequuntur, quantum potero, secundum aetatem disponam.

Corona aurea Musei Luporensis (Salle des bijoux N. 4) quinque ornatur capitibus gorgoneis quorum secundum et quartum alata sunt, reliqua non sunt. Imaginibus utor parum diligenter delineatis.

6f Cap. Gorgonis quod proximum accedit ad III **6f** sed antiquius esse videtur, ling. exs., rictu mod., malis magis ut III 8ε, fronte rug., crin. med. div., ut III **14a**, II ang. magn. erectis fere ut III **14b**, II alis parvis in summo capite.

γυναιξὶν αὖ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι λεγόμεναι διὰ ταὐτὰ ταῦτα, ζῷον ἐπιθυμητικὸν ἐνὸν τῆς παιδοποιίας, ὅταν ἄκαρπον παρὰ τὴν ὥραν χρόνον πολὺν γίγνηται, χαλεπῶς ἀγανακτοῦν φέρει καὶ πλανώμενον πάντῃ κατὰ τὸ σῶμα, τὰς τοῦ πνεύματος διεξόδους ἀποφράττον, ἀναπνεῖν οὐκ ἐῶν εἰς ἀπορίας τὰς ἐσχάτας ἐμβάλλει καὶ νόσους παντοδαπὰς ἄλλας παρέχεται κ. τ. λ.) unde ille error fluxisse videtur et morbi quoque curam indicavit apud Hippocratem LXXII. 3.

Inscriptio sic fere vertenda est: Utere, niger, nigrescens, ut anguis serpito et ut leo rugito et ut draco strideas ut etiam ut agnus cubes!

Inscriptionem 4 cum gemma, meo rogatu, comiter contulit vir doct. W. Caland.

[1]) Malli fortasse sunt nummuli argentei)(Sphinge aut capite imberbi galeato, Imhoof, Mon. Gr. tab. G. 13, 14; ut aeneus, MA inscriptus)(capite imberbi, Imhoof, Ann. de Num. tab. 6. 31; qui adversa parte fortasse caput Gorgonis habent. Caput illud adversum rotundum ad genus IV pertineret; circum crines laxi sunt cincinni, fere ut angues erecti, qui fortasse interpretationem pennarum? exemplaris Selgensis 1, pg. 6 praebere possint videri; inauribus ornantur.

VI
(III Cap. Gorgonis ling. exs, rictu parvo, labro sup. in arcus fig. (cf. III
13) **14a**, **15** passim), mento div, bucc. infl., crin. flammarum instar horrent. ut III **13**, non divisis, V aut VI ang. qui se invicem excipiunt circumdatum.

Iis omnibus rebus consideratis haec corona e prima parte seculi IV esse videtur.

2b Cap. Gorgonis ling. exs. magn., rictu mod., dent. parv., crin. med. div., II ang. ut **6f**., IV alis, quadam cum II **1b** affinitate.

Bractea aurea. Mus. Etrusc. Greg.. Micali, Stor. d. ant. Pop. tab. 51. 5.

Cap. (et collum) Gorgonis, maiore cum II **1b** similitudine, ling. exs., rictu parv., aur. ut II **1b**, crin. med. div., II alis magn. ad latera.

Lineis scriptum ad manubrium speculi (supra Perseus cum cibisi) Gerhard, Etr Spiegel tab. 121.

11*C* Cap. Gorgonis fortasse cum generis III fam. **11** litteris maiusculis Venetis comparandum, etsi multo minus antiquum, ling. exs., rictu magn., dent. mult. caninis magn., genis rotundis, crin. diad. cinct.. Sub mento barba? aut sanguinis undae?, ad latera alae parvae sunt, pone quas brachia sub equis parvis.

In ansa hydriae aeneae. Mus. Borbonico III tab. 82; Müller-Wieseler II tab. 72. 900.

11c' Cap. Gorgonis ling. exs. lata, rictu mod., dent. null., mento div., fronte contr., inauribus iusto loco, sub alis tamen aur. bestiae ut dixeris, crin. med. div. undant., II alis parv. in summo capite.

Argilla cocta inaurata. Rep. Athenis. Stackelberg, Graeber d. Hell. tab. 70.

Longe minus antiquum, sed mirum tamen monstrum in metopa parva ex argilla cocta, quae antiquitatem profiteri velle videtur, invenies:

4A Cap. Gorgonis ling. nulla, ore semihiante, crin. ornatis [1]), diad. cinct., supra quod II alae et ornamentum, infra VI ang. quorum II sub mento nodo religati, circumd.. Ad s. Perseus d. barbatus, partim pallio, quod s. tollit, tectus, ceterum nudus, soleis alatis, d. gladio caput illud Gorgonis abscidit; ad d. Minerva s. galea Attica cristata, tunica et pallio vestita, manibus tenens clipeum in quo Gorgonis imago. Infra ornamenta inter quae capita Gorgonis ling. exs..

Argilla cocta. Rep. Capuae. Mus. Neap. Bull. Arch. Nap. N. S. I. tab. 5. 1; fragmentum Descr. of Anc. Terracott. in the Br. Mus. 1810 tab. 13.

---

[1]) Prorsus eodem modo ornantur crines capitis, ling. exs., apud Levezow 36.

VI

4B Cap. Gorgonis rotundum, tumidum, ore clauso, crin. med. div., II alis in summo cap.

In thorace signi marmorei, Athenis rep., quod Augusti fuisse, etsi capite caret, demonstrare adgressus est vir cl. Hübner (Berl. Winkelm. Progr. 1868 tab. 2. 2).

Potissimum cum hoc componam, inde enim artificis aetas demonstranda videtur,

Cap. Gorgonis simile, II alis magis expansis, in medio clipeo sigilli, ad exemplum Phidiacae Minervae factum, quod Athenis in Varvaceo adservatur.

4C Cap. Gorgonis latum, tumidum, fronte contracta, crin. in utramque partem late spars., sub mento nodo ang. quorum capita in summo cap. super alas II, paene crinibus celatis, eminent.

In pectore signi Titi ? (70—81 p. Chr. n.) vel aequalis eius. Mus. Lup. (ad gradus).

GENUS VII.

Cum hoc genus non contineat nisi ea quae in genere V recensenda fuissent nisi alata essent, iisdem haec numeris et litteris numerabo.

Multitudo est immensa; dabo tantum quae aut certis annis adsignari possunt, aut aliqua re memoratu digna videntur. Antiquiora tamen, certis annis adsignanda, pauca sunt.

Initium faciam a nummis aeneis Seleuci I Nicatoris, qui regis nomen assumpsit anno 306, diem supremum obiit anno 280.

1c Cap. Gorgonis dextrum [1]), ore pulcro, angue sub mento, cuius caput in summo cap. prominet, ala supra aurem, circum monile.

)(Taurus gibbosus d. (raro s.), cornupeta. ΒΑΣΙΛΕΩΣ—ΣΕΛΕΥΚΟΥ? infra Ξ, (interdum alio loco alia littera vel monogramma), circum monile, in ar. cav.

Æ 21—18. 7.20—5.17 Coll. Six (3 ex); Mus. Brit., Cat. Seleucidae tab. 2. 14; Gardner, Types tab. 14. 6; Duane tab. 1. 15, 2. 6, 3. 6.

Æ 15—(11 Mus. Brit.) 2.75/53 Coll. Six.

---

[1]) Capita Gorgonis vere antiqua, non adversa, admodum rara sunt.

Exemplum marmoreum dextrum, alatum, angue inter crines, fragmentum nescio cuius rei, fortasse sarcophagi, Athenis repertum, exstat in Mus. Luporensi. Froehner, Musées de France tab, 50.

Deinde fere ad exemplum nummi Seleuci factum videtur caput Gorgonis in denario Romano intra annos 74—50 a Chr. n. cuso.

Bellerophon, Pegaso vectus d., circum monile, XXX (aut alius numerus), L COSSVTIus C·F)(SABVLA, Cap. (et collum) s. Gorgonis, angue a collo in summa fronte circumdatum, alatum, circum monile.

AR 18. — Cohen tab. 14, Cossutia 1. Trésor de Glypt., Gall. Myth. tab. 27. 14.

VII

Cum his fere ad amussim convenit Medusa Rondanini quae dicitur:
Cap. Gorgonis ore semihiante, nodo ang. sub mento quorum capita in summo cap. sub II alis eminent.

Marmor. Mus. Monac.. Lützow, Münchener Ant. tab. 25.

Quod caput si a sinistra parte intuearis ea re maximo a nummo differt quod mentum minus prominet. Ars tamen ea est ut sive caput marmoreum illud ipsum, sive eius exemplum, ex ultimis annis seculi IV esse affirmare non dubitem, quod, ne etiam recentiora memorem, de capite Coloniae Agrippinae (Mus. Richard-Walraff N. 1) adservato, non facile crederem.

Sardonychis permagni, in quo Visconti imagines Ptolemaei Philadelphi et Arsinoes exstare suspicatus est (Icon. Gr. tab. 53. 3; Trésor de Num. et de Glypt., Rois Grecs tab. 84), adtributionem novam et exinde temporis definitionem patri, ut saepe, praesertim in hac parte, debeo. Collatis nummis Alexandri I Theopatoris Euergeti, annorum 152—144, Phoeniciis (vide ante alia tetrachmum Sidonis, Rois Grecs tab. 44. 4), apparet hic eius effigiem adspici cum prima lanugine, ut in tetrachmis Syriis (Revue Num. 1850 tab. 40. 3), galeatam, ut in nummis aeneis (Mus. Brit. Cat. tab. 16. 11). Iuxta eum est caput muliebre, coronatum, velatum, deae potius quam coniugis imago. (Cum uxore eum vide apud Imhoof, Mon. Gr. tab. H. 13). Ipse amictus est aegide [1]) in qua:
Cap. Gorgonis s. pulcrum, crin. retort., alatum.

Proximum locum occupat symbolum cistophori Pergameni (N. 85 apud Pinder, die Cistophoren) qui eiusdem generis ac is quem edidit vir doct. Imhoof-Blumer (Pergamon tab. 4. 2.) intra annos 215 et 190 cusus videtur (vide Imhoof l. l. pg. 32 et 33).
Anguis e cista prorepens in corona hederacea.
)(Gorytus duobus anguibus circumdatus, monogramma Pergami, ΑΣ, in area:
Cap. Gorgonis adv. ad sin., nodo anguium sub mento, IV? ang. in summo cap., II alis.
Æ 26. — in Varvaceo; (Du Mersan, Med. Cistophores du Cab. de France, Cab. de l'Amateur et de l'Antiquaire IV. N. 12, Num. Chron. IX tab. 1. 12, imaginem capitis edidit in qua alae et angues in summo capite non apparent).

Sequantur quaedam capita iam supra descripta

1) In aegidibus regum et imperatorum ut in clipeis deorum dearumque sexcenta in nummis occurrunt Gorgonis capita, minima, quae, cum non nisi in splendidissimis exemplaribus facile decerni possint, ut oculis parcerem, omisi.

VII

1d Rhodiorum 2 adversum ad dextrum;

1c' Parianorum 6 adversum; Olbiae 10 adversum ad sin.,
quibus adiicio nummum Soleorum et nummum Romanum:

Cap. Gorgonis adv., ore pulcro, sub mento nodo ang. quorum capita in summo cap. se erigunt, II alis ad tempora, in aegidis squamis in crucis figura dispositis, circum monile.

)(Dea d. corona murali, tauro vecta, pone aquila s. respiciens, ΣΟΛΕΩΝ, monogramma.

Æ 25. — Mus. Brit. 1814. tab. 10. 7; Revue Num. 1854. tab. 4. 17.

2b Cap. Gorgonis adv. ad., d. II alis parv., in aegide squamosa octogona, circum monile, AN·CORDIVS)(RVFVS, Noctua sedens in galea Corinthiaca cristata d., in circulo.

AR 19. — Cohen tab. 14 Cordia 3. Cusus ante annum 49/50 a. Chr. n.

Neque omittendus est nummulus Oeae, tempore ut fertur Augusti cusus.

1f Cap. Gorgonis adv., ore pulcro, totum crin. retortis circumd., II ang. erectis inter II alas in summo fronte, ab ala ad alam monile, circum monile.

)(Lyra עת—וי, circum monile.

Æ 26. 3.50/40 Müller, Numism. de l'anc. Afrique II pg. 16 N. 32.

Huic quam aliis propior est nummus Iconii:

Caput imberbe d., circum monile.

)(Cap. adv., nodo anguium quorum capita sic fere inter alas eminent ut in 1f, ΕΙΚΩΝΙΕΩΝ, circum monile.

Æ 16. 2.30 Coll. Imhoof, Mon. Gr. pg. 346, Cat. Badeigts de Laborde in tab. N. 444.

Plurima huius generis exempla, diversis modis eleganter ornata, aut plurimis crinibus sparsis aut anguibus ad faciem ipsam adhaerentibus (Ant. du Bosphore Cim. tab. 75. 2, 4, 6), quae partim in novas familias redigenda essent vide apud Levezow et Müller-Wieseler II tab. 72. 911, 913, 915, 916.

De iis consulto non egi quod neque de tempore quidquam certi repertum habebam neque semper dubitationes de antiquitate solvere poteram.

Eadem de causa et quod non satis exemplorum adhuc collegi capita Gorgonis quae in statuis Caesarum, certis igitur annis adsignandis, reperiuntur, edere praetermisi.

Ex eo tempore tamen memorandi sunt nummi Septimii Severi, intra annos igitur 193—211 p. Chr. n., Victorini, intra annos 265?—267 et Valeriani intra annos 253—260 cusi:

1 Caput d., laureatum, Septimii Severi, SEVERVS PIVS AVG, circum monile.

VII

1d')(Cap. Gorgonis adv. ad sin, crin. spars., nodo ang. sub mento quorum capita in summo cap. eminent, II alis, PROVIDENTIA, circum monile.

AV, AR 20. — Cohen III tab. 7 N. 351, 352.

2 Caput s. laureatum Victorini, IMP CAES VICTORINVS P· F· AVG.

)(Cap. Gorgonis fere idem sed crin. magis retortis et IV ang., PROVIDENTIA AVG, circum monile.

AR 21/19. — Annuaire de Num. 1883 tab. 13. 18.

3 Caput d. laureatum Valeriani, in area baculus Aesculapii, AVT*οκράτωρ* KAI*σαρ* ΠΟV*βλιος* ΛΙ*κίνιος* ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC CEB*αστός*.

)(Intra circulum XII signorum coelestium AIΓΕΩΝ ΝΕ*ωκόρου* NA*ναρχίδος* circum Cap. Gorgonis alatum, II ang..

Æ — — Haym II tab. 24. 1; Müller-Wieseler 72. 920 (male)

et utpote ultimum mihi notum:

Cap. Gorgonis d. in aegide Constantini magni intra annos 312—337.

Sardonyx. Petropoli. Visconti, Iconographie Rom. tab. 61. 5.

Pauca igitur remanent:

1a' Cap. Gorgonis fere ut V **1a'** ore semihiante, crin. sparsis, nodo ang. sub mento II alis in summo capite.

In pectore Minervae? aeneae, olim in prora navis defixae, rep. prope Actium ibique fortasse anno 31 a. Chr. n. demersae. Arch. Zeit. 1872 tab. 62.

Deinde novam familiam constituent ea quae alas non expansas habent sed demissas fere ut VI **9b**, **c**:

4 Cap. Gorgonis satis latum, ore pulcro, inauribus, II ang. inter crines.

Ornamentum olim vasis. Argilla cocta. Rubis. Mus Jatta N. 117, 118.

Postremum quodammodo cum VI **9b**, **c** comparandum erit, siquidem Gorgonis est,

5 Cap. adversum altum, oculis alte positis, aur., crin. sparsis opertis II alis e fronte demissis et II alis inversis e mento surgentibus, simili modo ut Seraphim Medio Aevo fingebantur. Circum corona hederacea.

Lineis scriptum in speculo aeneo. Gerhard, Etr. Sp. tab, 427.

GENUS VIII.

Ultimum genus ea continebit capita Gorgonis quae in media triquetra, quae dicitur, collocata sunt sive alata sunt sive non alata.

Numeri Arabici cum numero Romano generis congruunt.

De triquetrae origine et frequentia vide virum cl. Holm (La triquetra nei Mon. dell' Ant. Rivista Sicula 1870).

VIII

Antiquissimum [1]) mihi notum exemplum praebent nummi Agathoclis, quos Head (Num. Chron. N. S. XIV pg. 40—44) annis 317—310 adsignavit.

1 Caput s. imberbe laureatum Martis, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, pone tropaeum?, circum monile.

3a)(Cap. Gorgonis, cuius oculos et cincinnos tantum distinguo, in media triquetra, cruribus sinistris, pedibus alatis.

AR 16. 3.85 Mus. Brit. Head l. l. tab. 8. 7; 4.02 Imhoof Mon. Gr. tab. B 23.

2 Caput simile, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, infra ΑΙ? circum monile.

)(Cap. Gorgonis ling. exs., circumdatum monili, in media triquetra crur. sin., ped. alatis, circum monile.

Æ 18. (7.45 Coll. Six) Mus. Brit. Head l. l. tab. 8. 8.

Deinde hoc genus figurae in Sicilia vulgata est plurimaque exempla minus antiqua nobis nummi subpeditant. Nummi quoque Romani exstant qui hoc signo ad Siciliam alludunt. Omnes describere longum est et, quia plerumque imagines fide dignae adhuc desiderantur, parum prodest. Breviter eos indicabo:

5 et 7 Cap. Gorgonis ore pulcro, interdum alatum, in triquetra cruribus nunc dextris nunc sinistris inter quos spicae, occurrit in nummis non certis annis adiudicandis:

Æ ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Torremuzza tab. 55. 4, 56. 9, 58. 1—4, 14, 59. 1, 2, 60. 3, 5; Mus. Brit. Cat. pg. 122 N. 11, 12.

Æ ΙΑΙΤΙΝΩΝ. Torremuzza tab. 38. 2, 3. Mus. Brit. Cat. pg. 85. N. 1, 2.

Æ, AR? AERN—GENT = Agrigent(inorum)?. Salinas tab. 13. 33; Torremuzza tab. 10. 11, 12.

et in nummis, certis annis aut brevi temporis spatio adsignandis, de quibus quae disseruit vir cl. Klein (Verwaltungsbeamte der Röm. Prov. pg. 92, 93) correcta sunt a viro doct. Imhoof-Blumer (Mon. Gr. pg. 37), sic inscriptis:

AR LENTulo MARcello COS, i. e. anno 49 a. Chr. n.. Cohen tab. 14. Cornelia 13.

AV ob cives servatos CAESAR—AVGVSTVS)(L· AQVILLIVS · FLORVS · III · VIR (a. a. a. f. f.) anno 20 a. Chr. n.. Cohen tab. 6. Aquillia 10.

Æ ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ circum caput Augusti, ante annum igitur 14 p. Chr. n.. Mus. Brit. Cat. pg. 125 N. 42.

Æ L· SEIO PROCOS. — D · D)(SEPTEImius BALBus II VIRi. Imhoof l. l..
L. Seius Tubero consul suffectus fuit anno 18 p. Chr. n.

[1]) Antiquissimum, nam caput Gorgonis in media triquetra, cruribus II dextris, tertio sinistro, in clipeo Minervae in amphora, n. f., (Gerhard, A. V. tab. 141) mihi suspectum est.

VIII

Æ PANHoRMITANoRVM circum caput radiatum Divi Augusti)(CN · DOmitius PROCulus (A · L)AETOR.ius II VIR.i. Mus. Brit. Cat. pg. 125 N. 45, 46.

Hi IIviri recurrunt in alio nummo cuius obversa pars inscripta est: L · SEXTI · PROCOS — D · D. Cum autem hi post mortem Augusti, fuerint ille nullo modo L. Sestius Quirinus consul suffectus anni 23 a. Ch. n. esse potest; potius cogitandum videtur de Sexteidio Catullino cos. suf. anni 31 p. Chr. n.

Eadem denique figura recurrit in plumbis Athenis repertis. Mon. dell' Inst. VIII tab. 11. 76, 80 et 52. 756.

Cum tamen antiqua materies tam parca sit, operae pretium videtur memorare, etiam si parva fides est tabulae editae,

3b Cap. (et collum!) Gorgonis rictu parvo, in media triquetra duabus cruribus dextris, tertio sinistro. (Haec dispositio semel iterumque alias occurrit).

In basi rep. Melitae. Haverkamp, Parutae Sic. Num. tab. 141 (ex Abela).

E Punica quoque terra, et quidem ex Africa ipsa, est

4a Cap. Gorgonis ore clauso, naso magno, ocul. magn. oblong. crin. horrent. in media triquetra crur. sin.. Supra taurum s. in tabula votiva fracta, cuius suprema pars olim imaginem mulieris aut deae exhibebat, inscriptione Punica. Rep. in provincia Zeugitana. Mus. Lugdun.. Hamaker, Miscellanea Phoenicea tab. 2. 1.

Cum hoc fere ad amussim congruunt Eburae (Strabonis et Plinii) sive Eborae (Melae et Ptolemaei) urbis Turdulorum nummi, qui ex primo ante Christum seculo esse videntur:

1 Caput d. barbatum galeatum, ramus lauri, circum monile.

4b)(Cap. Gorgonis magn. ore clauso, naso magno recto, ocul. magn. oblong., in triquetra parva cruribus dextris sub quibus monile, litteris Celtibericis: Iburi-r, circum monile.

Æ 30—29. 14.70 (21.50 Coll. Six) Heiss, Mon. de l'Espagne tab. 47. 3, 4, 5.

2 Idem)(Cap. Gorgonis fere idem, oculis rotundis, in triquetra parva crur. d., (EB)OREИTIИorum.

Æ 35. 56.93 Heiss. l. l. tab. 47. 10.

CAPUT II DE AETATE.

In priore capite luculentius de omnibus fere Gorgonis imaginibus egimus, seriesque saepe plurimas contemporaneas constituimus ut exinde singularum aetas paulo accuratius computari possit; nam quo maior est varietas exemplorum unius familiae eo certius constat non paucis annis eam definiri posse, eo maius intervallum inter primum et ultimum exemplum fuerit necesse est. Contra facile diversa exempla ex uno eodemque tempore esse possunt dummodo e diversis familiis sint. Sic tria illa capita in nummis Camarinae tantum fere differunt, quantum primum et ultimum longae Neapolis seriei, neque tamen quis facile hic de aetate erraverit.

In hoc autem capite mihi propositum est breviter, argumentis omissis, ea repetere quae de aetate monui, quibus addam temporis definitiones incertiores, non nisi e contextu computatas, quae quidem sic intellegi volo ut si quid ex postremis annis seculi cuiusdam esse dixerim non molestum mihi futurum sit si quis id ex initio seculi sequentis esse perhibeat dummodo aut argumentis aut non minore exemplorum numero nitatur.

Initium ubique faciam ab iis poetarum vel auctorum locis communibus e quibus quid de arte aut usu extricari potest, secundum aetatem dispositis et quidem sic ut Pausaniae discriptione arcae Cypseli pro fonte Tyrannorum Corinthi contemporaneo utamur et fragmenta ubi poterunt auctoris, non descriptoris nomine laudabuntur.

Homero antiquiorem nullam adhuc Gorgonem novimus, opus enim quod ferebatur Cyclopum quod, teste Pausania (II. 20. § 7), Argis olim erat, nondum effossum est.

Homerus in Iliade ter eius mentionem fecit, libro VIII v. 349, ubi Hector discribitur,

Γοργοῦς ὄμματ' ἔχων ἠὲ βροτολοιγοῦ Ἄρηος

quod commentario non indiget, libro XI v. 36 in clipeo Agamemnonis et libro V v. 741 in aegide Minervae.

Clipei est satis ampla discriptio, dolendum igitur quod poeta, non ut thoracis,

quem Cinyrae, Cyprii regis, donum esse dixerat, clipei quoque originem memoraverit. Postquam circulos et umbilicos narravit sic pergit:

τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο
δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε.

Gorgonem igitur dicit torvo vultu (*βλοσυρῶπις*, cf. Il. VII 212 *βλοσυροῖσι προσώπασι* et XV 608 *βλοσυρῇσιν ὑπ' ὀφρύσιν*), torvis oculis. Vix fortuitum est quod vasa Melia, quae propius quam cetera monumenta ad Homeri aetatem accedunt, Gorgonem I **1a**, pg. 5, quoque clipeum ornantem habent. Si autem Gorgo, ut plerumque in vasis, totum clipeum occupat id parva clipei fit mensura. Radiis haec circumdatur (*στεφάνωται?*). Etsi iure vir cl. Milchhoefer (Arch. Zeit. 1881 pg. 286) ad Terroris et Pavoris imagines vasa antiqua (Musée Napoleon tab. 59) citavit ea tamen propius ad arcae Cypseli quam ad Iliadis aetatem accedunt. Terroris tamen certe imago exstat vel Homero fortasse antiquior: vir d. veste brevi (ut Gorgones), manibus sublatis, capite leonino, ore hiante, alatus, ala sin. demissa, sculptus in saxo vivo faucium quae aditum dant ad castellum montanum Pteriae? (*Boghaz-keuï*), regionis Cappadociae, (Perrot, Galatie et Bithynie tab. 48 M), opus igitur Hettaeum. Figura s. quae in rupe opposita sculpta est, l. l. L., illi prorsus similis nisi quod aliud habet caput (caninum secundum Perrot) vereor ut Pavor sit. Altera fortasse Terroris forma est.

Vix minus ampla discriptio aegidis Minervae est:

Il V. 738 *ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,*
δεινήν, ἣν πέρι μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται,
ἐν δ' Ἔρις, ἐν δ' Ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰωκή,
ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου,
δεινή τε σμερδνή τε, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.

Non tamen inde multum extrico, non enim ego diiudicabo utrum aegidem diasceuasta figuris, ut clipeum Agamemnonis, ornatam cogitaverit, an non nisi eius virtutes enumeret. Magis tamen placet prior opinio, quae iam Aristotelis fuit (Schol. Il. ad l. l.). Illud constat Homerum iam de aegide Minervae Gorgonis capite ornata cecinisse, cuius ornatus exemplum in vasis antiquissimis nullum inveni. Unicum exemplum nigr. fig. vide III **61**?, pg. 37; vasa rubr. fig. deinde longa serie sequuntur: initium fit ab Andocidis amphora III **2k**, pg. 15. Neque marmorea exempla multo antiquiora subpeditant. Primum quod novi est Minervae sedentis, opus fortasse Endoei a Callia votum, tempore igitur Pisistrati, in cuius aegide Gorgonis certa sunt vestigia. (Jahn, de ant. Minervae simulacris Atticis pg. 5 sqq. tab. 1. 2, 3 laudatus apud Overbeck, Gr. Plastik ad fig. 24). Sequuntur deinceps Minerva e fastigio occidentali templi Aeginetici

et ex metopa Heraei Selinuntii (Benndorf tab. 10) quae hodie quoque Gorgonis capite carent. Si igitur nullum exemplum exsistit, Pisistrati aetate antiquius, quod tamen asseverare non ausim, nonne fieri potuit ut Homero tandem, Pisistrati cura, pervulgato, artifices sic aegidem ornare coeperint?

Ex Odyssea de arte nihil disces nisi verbis Ulixis in Necuia:

Od. XI 633 .... *ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει,*
μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου
ἐξ Ἄϊδος πέμψειεν ἀγαυὴ Περσεφόνεια,

uti velis ad explicandum quid sibi velit canis ille in sarcophago Cyprio, pg. 13 N. 6 memorato, eumque Cerberum esse perhibebis. Sed cum tota illa postrema Necuiae pars vix Homeri sit, cum Herculis mentio procedat, et cum non nisi simul cum Hercule Gorgo apud inferos memoretur (vide Apollodorum bibl. II. 5. 12 et Ioannem Ped. de Herc. lab. XII), hanc fabulam de Gorgone apud inferos ex Heracleïde quadam fluxisse suspicor.

Idem ille sarcophagus, qui tamen seculo V antiquior non esse posse videtur, primam praebet imaginem duplicis partus Medusae quem primus narravit Hesiodus in Theogonia:

v. 280 *τῆς δ'ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,*
ἐξ έθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος.

Antiquiora sunt exempla necis, primum est in metopa Selinuntia ante medium VI seculum, III **8a** pg. 29 et 30, quae per prolepsin Pegasum iam natum habet. Ab eo aetate non multum differebat *Περσέως τὸ ἔργον τὸ ἐς Μέδουσαν* in throno Apollinis Amyclaei a Bathycle Magnesio facto (Paus. III. 18 § 11). Sequuntur vasa nigr. fig. III **3d**, **1e**, pg. 12, quibus Oenochoe, ab Amasi picta (Klein 4), quam multum me non vidisse doleo, addenda est. Haec tamen omnia Hesiodi aetate longo recentiora esse non miraris si cogitas poetam hic non artem discribere. Neque quidquam amplius de arte ex eo proficies, nisi ex eo interpretari velis cur in cratere, rubr. fig., recentiore, Gorgones una cum Neptuno pictae sint, pg. 60, ad quam rem versu 278 uti possis. (cf. Levezow l. l. pg. 203 sqq.).

Auctor Clipei Herculis, quem, artis memoratae ratione habita, seculo exeunte VII scripsisse contendit vir cl. Loeschke (Arch. Zeit. 1881 pg. 46) et arca Cypseli, Corinthiorum Tyranni (687—629) vota a Cypselidis (629—582) simul tractandi esse videntur, etiamsi inter artis genera quaedam intersunt.

Aspid. 216 *ἐν δ'ἦν ἠϋκόμου Δανάης τέκος, ἱππότα Περσεύς,*
οὔτ' ἄρ' ἐπιψαύων σάκεος ποσὶν οὔθ' ἑκὰς αὐτοῦ,
θαῦμα μέγα φράσσασθαι, ἐπεὶ οὐδαμῇ ἐστήρικτο·
τῶς γάρ μιν παλάμαις τεῦξε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις

χρύσεον· ἀμφὶ δὲ ποσσὶν ἔχε πτερόεντα πέδιλα·
ὤμοισιν δέ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἄορ ἔκειτο
χάλκεον ἐκ τελαμῶνος· ὁ δ' ὥστε νόημα ποτᾶτο·
πᾶν δὲ μετάφρενον εἶχε κάρη δεινοῖο πελώρου
Γοργοῦς· ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε, θαῦμα ἰδέσθαι,
ἀργυρέη· θύσανοι δὲ κατηωρεῦντο φαεινοὶ
χρύσειοι· δεινὴ δὲ περὶ κροτάφοισιν ἄνακτος
κεῖτ' Ἄϊδος κυνέη νυκτὸς ζόφον αἰνὸν ἔχουσα,
αὐτὸς δὲ σπεύδοντι καὶ ἐῤῥίγοντι ἐοικὼς
Περσεὺς Δαναΐδης ἐτιταίνετο, ταὶ δὲ μετ' αὐτὸν
Γοργόνες ἄπλητοί τε καὶ οὐ φαταὶ ἐῤῥώοντο,
ἱέμεναι μαπέειν· ἐπὶ δὲ χλωροῦ ἀδάμαντος
βαινουσέων ἰάχεσκε σάκος μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ
ὀξέα καὶ λιγέως· ἐπὶ δὲ ζώνῃσι δράκοντε
δοιὼ ἀπῃωρεῦντ' ἐπικυρτώοντε κάρηνα·
λίχμαζον δ' ἄρα τώγε· μένει δ' ἐχάρασσον ὀδόντας
ἄγρια δερκομένω· ἐπὶ δὲ δεινοῖσι καρήνοις
Γοργείοις ἐδονεῖτο μέγας φόβος, κ. τ. λ.

Pausanias V. 18. § 5. *Αἱ δὲ ἀδελφαὶ Μεδούσης ἔχουσαι πτερὰ πετόμενον Περσέα διώκουσαί εἰσι· τὸ δὲ ὄνομα ἐπὶ τῷ Περσεῖ γέγραπται μόνῳ.*

Alas nondum memorat auctor clipei, ceterum eius verba non male illustrantur lebete nigris figuris, lineis scriptis, perantiquo, nescio quo loco facto, III **1c**, pg. 8. Differt in eo quod Gorgones in capite gerunt angues neque iis cinguntur, cuius rei primum praebet exemplum [1]) acroterium Gelense III **2a**, pg. 9, alterum amphora Clitiae et Ergotimi III **2f**, pg. 11, deinde quod cibisis quidem adest, non tamen Gorgonis caput in tergo Persei adspici potest. Eius rei nullum novi exemplum, nisi pro exemplo habere velis vas rubris figuris monstruosum editum apud Stackelberg (Gräber der Hell. tab. 49). Contra a poeta discimus caligas in antiquis quoque vasis alatas esse dicendas. Persei accurata imago, nondum memorata, cui ΣΥƎϘƎΠ adscriptum est, superest in fragmento, Aeginae reperto (Arch. Zeit. 1882 tab. 9). Pulcre Pausaniam illustrat tripus nigris figuris pg. 12 in quo non nisi Perseo nomen, ƧVƎƧꓘƎΠ, adscriptum est. (Vide quae adnotavi ad III **4a**, **b** pg. 11).

Apud utrumque tamen alia fit mentio, si non Gorgonis capitis, capitis tamen gorgonei.

---

[1]) Pulcerrimum praebet cylix nigr. fig. albo purpuro distinctis, lin. scr., Rhodi reperta, sero edita (Journal of Hell. Stud. 1884 tab. 43) quam ut eo aut ceteris Gorgonis capitibus, l. l. tab. 40, 41, 42, in priore capite uti potuerim. Angues versibus 233, 234 prorsus respondent.

Auctor clipei in proelii discriptione canit:

v. 248 . . . . *αἱ δὲ μετ' αὐτοὺς* (sc. l. *μάχην ἐχοντας*)
Κ ῆ ρ ε ς κυάνεαι, λ ε υ κ ο ὺ ς ἀραβεῦσαι ὀ δ ό ν τ α ς,
δ ε ι ν ω π ο ὶ β λ ο σ υ ρ ο ί τε, δαφοινοί τ' ἄπλητοί τε
δῆριν ἔχον περὶ πιπτόντων.

Pausanias scribit: (V. 19. § 6) *τοῦ Πολυνείκους δὲ ὄπισθεν ἕστηκεν ὀ δ ό ν τ α ς τε ἔχουσα ο ὐ δ ὲ ν ἡ μ ε ρ ω τ έ ρ ο υ ς θ η ρ ί ο υ, καί οἱ καὶ τῶν χειρῶν εἰσιν ἐπικαμπεῖς οἱ ὄνυχες· ἐπίγραμμα δὲ ἐπ' αὐτῇ εἶναί φασι Κῆρα, κ. τ. λ.*

Arcae imaginis nullum vidi exemplum, clipei unicum, III 2g, pg. 12, neque illud nisi obiter comparari potest. Verum primum hic dentes memorantur quos iam in antiquissimis exemplaribus comperimus et, quod caput rei est, *Κῆρες* ipsis iisdemque verbis ac Gorgones discribuntur [1]). Accedit fortasse *Ἔρις αἰσχίστη τὸ εἶδος* (Paus. l. l. § 2) et certo Furiae apud Aeschylum, ut infra videbimus, quae tamen alis carent. *Κῆρας* aut Erida iis quoque caruisse ex scriptorum silentio nollem deducere quod neque ab auctore clipei Gorgonis alae memorantur. Si tibi tamen omnino exemplo opus est, en III **1a**, pg. 8, et II **1a**, pg. 7. Metopam Selinuntiam III 8*α*, pg. 29, tibi non concedo, quod alis, nisi pictis, in ea locus non erat.

Sin vero rogas num praeter memoratum exemplum nullae illarum imagines superstites sint, ignorantiam profiteor. Moneo tamen nullam esse causam cur integra figura, capite gorgoneo, quae non cum Perseo componeretur, Gorgo potius quam *Κήρ*, Eris aut Furia esset. Eris tamen *αἰσχίστη τὸ εἶδος*, et si veri simile est eam caput gorgoneum habuisse, fieri potest ut non aliter picta fuerit quam *Ἀδικία, γυνὴ αἰσχρά* (Paus. l. l. 18 § 2), cuius imago turpis quidem sed nullo modo Gorgonea exstat (Nuove Memorie dell' Inst. tab. 4. 4). De Furiis, in re incerta, Pausanias audiendus est qui (I. 28 § 6) Furiarum simulacra, Athenis in Martis colle posita, discribens, Aeschyli iniicit mentionem, deinde pergit: *τοῖς δὲ ἀγάλμασι οὔτε τούτοις ἔπεστιν οὐδὲν φοβερὸν, οὔτε κ. τ. λ.* Remanet igitur *Κήρ*. Libenter eo nomine vocarem illam figuram gorgoneam quae leones strangulat II **1a**, pg. 7, sed id quoque incertum.

Cur potius ex VII quam ex VI seculo quid sit, plerumque difficile est iudicium. Non tamen nimis audacem me esse crediderim, si vel VII seculo adsig-

---

1) Auctor Orphicus de lapidibus, eandem quam Ovidius (Metam IV 739—752) fabulam, de herbis marinis in curalia mutatis, narraturus, versu 538 Gorgonem dicit:

. . . . *ἐρεβώπιδα, κ ῆ ρ α μέλαιναν*
ἀνθρώπων, οἵσίν κεν ἐπ' ἀνδροφόνῳ βάλεν ὄσσε κ. τ. λ.

Cave tamen ne inde quid elicere velis, etenim sero natus est auctor — altera parte seculi IV p. Chr. n. scripsit — et nihil aliud vult quam Pindarus cum *λίθινον θ ά ν α τ ο ν* dicit. Vide infra.

navero III **1a**, pg. 7, et **2a**, pg. 8, et fortasse **5a**, pg. 16, rictu lato, dentibus multis, crinibus aut cincinnatis aut horrentibus, partim in gradus formatis. Ex VI deinde seculo erunt totae fere familiae III **1**, **2**, **3**, **4**, quibus vasa Corinthiaca, Cyrenaica?, Attica, n. f., continentur, pg. 8—15; at tamen inter exempla sub **3f** et **g** et in pg. 13 memorata facile plurima ex V seculo esse possunt. Quam diu Athenis, si vasa Panathenaica excipias, nigris figuris pictum sit ignoro sed in media cylice, rubris figuris picta, Gorgonem nunquam vidi et tamen ea ornandi ars in operis metallinis diu mansit ut apparet e tabulis quaestorum Minervae ex annis 398/7 et 390/89 (C. I. A. II 652 B. v. 6 et 660 v. 54) ubi *φιάλη ἀργυρᾶ, ἣν Λυσιμάχη Τηλεμάχου μήτηρ ἀνέθηκεν* [1], *ἐν ᾗ τὸ γοργόνε(ιον)*, memoratur.

Idem fere per totam seriem adspectus est, nisi quod initio buccis et rictu latiore spectantur et postremo humaniore forma fiunt. Haec capita fere omnia barbata sunt, deinde etiam Medusae sorores, quas pg. 12 (in fine) memoravi, barbam habent, quod, ut iam Gerhard observavit, omnem dubitationem de sexu capitis barbati aufert. Ad formam barbae vide virum doct. Helbig (das Homerische Epos pg. 172 sqq.).

Quod, ut in hisce saepe animadvertere potes, Gorgones antiquas interdum ridere dixeris, eo fit quod inter risus humani et rictus ferini naturam non aliud quid quam inter hominem et feras interest. Risum apud optimos pictores, ut Frans Hals, saepe rictum crederes.

Ex altera parte VI seculi videntur esse familia III **5b c** et fortasse **d**, pg. 16, 17, acroteria Corinthiaca? (vide pg. 49), deinde III **6a—e f g**? et *ε*, pg. 17—23 et 25, nummi Attici et arma Euboica?. Hae omnes rictu sunt paulo minore, superiore capitis parte semper magis lata quam inferiore, dentibus magnis, oculis magnis rotundis, crinibus plerumque in cincinnos longiores, interdum in gradus formatis.

Antiquior est familia III **8**, pg. 29—32. Rictu semper est maximo, recurvo, dentes plerumque non extremo ore sed caninos habet maximos, crines in breves cincinnos redacti esse solent. Huius familiae exemplar **a** facile ex initio seculi VI esse potest, ante medium seculum nobis erit *α*, metopa Selinuntia (vide pg. 30), quam *a* et statuae Cypriae, *β* (et **9a**), e tempore dominationis Aegyptiae, excipiunt, denique anno 499, quo anno Aristocyprus rex Soleorum decessit, eius nummi *γ* (et **10a**) erunt antiquiores.

Ex altera quoque VI seculi parte erit II **1a**, currus Perusiae repertus, pg. 7, et nummi Selgensium? I **2a b** (et **c**) et III **11a**, pg. 6 et 44, deinde capita ex

---

[1]) Versum haec verba effecisse videntur: *Λυσιμάχη (δ' ἐμὲ) Τηλεμάχου μήτηρ ἀνέθηκεν.*

argilla nigra III **11A B**, pg. 44. Postremum huc quoque pertinet stater ex electro IV **1a** pg. 60.

Saepe iam harum capita anguibus praedita sunt. Exempla partim Attica, partim Asiatica aut Cypria sunt III **1b c**, **2e** (Cyrenaicum?), **4a**, **2f i**, **3e**, **6d ?**, **9a**, **8β**, **10a**, **8γ**.

Primum tamen angues memorantur a Pindaro in carminibus Pythionicis XII et X et in Olympionico XIII, v. 63, annis 490, 474 et 464 compositis, deinde ab Aeschylo eodem fere tempore in Prometheo et anno 458 in Choephoris. Loca exscribam et pauca addam.

Pindarus (Pyth. X v. 6) canit artem tibiis canendi *τάν ποτε*

Παλλὰς ἐφεῦρε θρασειᾶν Γοργόνων
οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ' Ἀθάνα·
τὸν παρθενίοις ὑπότ' ἀπλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς
ἄϊε λειβόμενον δυσπενθέϊ σὺν καμάτῳ,
Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄνυσσεν κασιγνητᾶν μέρος, κ. τ. λ.
v. 16 *εὐπαράου κρᾶτα συλάσαις Μεδοίσας*
υἱὸς Δανάας.

Hac fabula quantum scio ars non usa est, nisi huc trahere velis Demetrii „Minervam quae musica appellatur; dracones in gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resonant". (Plinius XXXIV § 76).

Ceterum famosus hic ille locus est quod viri docti olim *εὐπαράου Μεδοίσας* effigiem in Gorgonis capite ore pulcro, generis V, sibi invenisse visi sunt. Genus illud tamen minime seculo quam Pindarus minus est antiquum. Hoc igitur *εὐπαράου* vocabulum inter epitheta *ornantia* erit relegendum (cf. Dilthey, Ann. dell' Inst. 1871 pg. 219), quae epitheta tamen Hesiodo libentius concederem quam Pindaro, qui (eodem carmine v. 20) Euryales gemitus *ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων* tam graphice depinxit. Neque aliam viam video, nam etsi Pindaro eiusque aequalibus Gorgo pulcra necessario contradictio in terminis fuit, nobis tamen constructio *εὐπαράου* cum *Δανάας* nimis audax videretur.

Pyth. X v. 45. Perseus canitur qui *ἔπεφνέν τε Γοργόνα, καὶ ποικίλον κάρα*
δρακόντων φόβαισιν ἤλυθε νασιώταις
λίθινον θάνατον φέρων.

Λίθινον θάνατον, Polydecten et Seriphios in saxa versos, quem Pindarus iam in superiore carmine pluribus verbis memoraverat, artifices sero tandem pinxerunt. Primum mihi notum exemplum est crater r. f., pg. 67. Laudanda tamen est suspicio viri cl. Dilthey, qui (Ann. dell' Inst. 1871 pg. 230). *Μύρωνος Περσέα τὸ ἐς Μέδουσαν ἔργον εἰργασμένον*, Athenis in arce positum (Paus. I. 23 § 7), Perseum caput Medusae manu tenentem fuisse contendit.

Inter signa Cyzicenorum, saepe ad exemplum Atticarum statuarum facta [1]), Perseus exstat nudus, galea in capite gryphi desinente d. harpen, s. caput Gorgonis tenens. (Borrell, Num. Chron. VI pg. 150; Brandis pg. 406). Hic tamen genu d. in thynno nititur, nihil igitur artifex Cyzicenus nisi operis consilium Mironi debuit [2]).

Sed ad Pindarum revertamur. Angues ei crinium loco sunt ut in nummis contemporaneis, Phocaicis?, Lesbiis, Abydenis δε' ε, ϛ pg. 34, 33, 37.

Neque aliter Gorgones discribuntur ab Aeschyli Prometheo qui, postquam Graeas memoravit, pergit:

v. 788 *πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι*
δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοστυγεῖς·

neque aliter Oresti Furiae apparent (Choeph. v. 1048) *Γοργόνων δίκην*
φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι
πυκνοῖς δράκουσιν.

Φαιοχίτωνες, fusca veste, Gorgones quae in vasis occurrunt non recte dici viderentur, saepe enim earum vestes aut acu pictae, aut purpura distinctae sunt. Chorus Furiarum alis instructus non fuit ut ex Eumenidarum versu 51 constat.

Ex Pherecyde, qui proximus sequitur, e cuius opere fragmentum satis longum nobis scholiastes ad Apollonium Rhodium (IV. 1515) servavit, nihil discimus nisi quod hic primus, post Aeschylum, *ἐν Φορκίσι* (Eratosthenis Catast. 22), harpen memoraverit, non hamatum illum ensem quo usque ad hunc diem elephantorum rectores apud Indos muniti sunt, quem Perseus exeunte seculo IV gerit (vide Loeschke, Arch. Zeit. 1881 pg. 30), verum falcem cuius primum exemplum vide sub III **1e** pg. 12. Eadem narratio aliis verbis recurrit apud Apollodorum (Bibl. II. 4. 1 sqq.), qui discriptionem Gorgonum inseruit his verbis: *εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων, ὀδόντας δὲ μεγάλους ὡς συῶν, καὶ χεῖρας χαλκᾶς καὶ πτέρυγας [χρυσᾶς], δι' ὧν ἐπέτοντο· τοὺς δὲ ἰδόντας λίθους ἐποίουν.* Uncis *χρυσᾶς* verbum includi quod Scholiastes ad Aeschylum (Prom. v. 793) id nondum legisse

---

[1]) Tyrannoctoni editi sunt apud Gardner Types tab. X. 4; Cecrops, Gardner l. l. 1, Num. Chron. N. S. XVI tab. 8. 14, 15 et Tellus quae Erichthonium peperit (Cat. Bompois N. 1378) ex Atticis monumentis satis noti sunt et Ceres, draconibus alatis vecta, (Revue Num. 1856 tab. 2. 7) vix aliunde quam ex Attica petita est.

[2]) Fieri potest ut propius accederet Perseus s. currens, in Seriphi nummo aeneo 3, pg. 64. (Cadalvène tab. 4. 7). Nummus enim argenteus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤοΥ ΦΙΛοΠΑΤοΡοΣ ΚΑΙΦΙΛΑΔΕΛΦοΥ (Zeit. f. Num. pg. 232), aenei Amastris, Amisi, Cabcrorum, Comanorum et Sinopae (Eckhel, Doct. Num. II pg. 341; Mus. Brit. tab. 9. 3, 4; Beulé, Mon. d' Ath. pg. 92) et ΙΚΟΝΙέων (Mionnet, S. VII tab. 5. 6) Perseum quidem, caput Medusae tenentem, impressum habent sed artis longe minus antiquae.

videtur. Unde haec petita sint ignoro; non enim ex Pherecyde esse videntur. Antiqua tamen sunt. Dentes aprugnos et angues maculosos iam III **1b**, pg. 8, habet.

Sed ad V seculum redeamus. Pindarum et Aeschylum ab Asiaticis nummulis, III 8ε′ ε ς, pulcre illustrari iam supra monuimus, pluris interest in vasis quoque Atticis, rubris figuris pictis, Gorgones anguibus ea aetate circumdatas esse solere. En tibi exempla: III **2k** Andocidis, quod ad VI seculum referre non dubitavi, pg. 15; **6e**″, pg. 22; 8ε″ Epicteti; **10d**; **10e** Euphronii, pg. 58. Recentiores plerumque anguibus carent.

Ut in his sic plerumque toto hoc seculo Gorgones sensim fiunt minus horrendae, vultusque lineae mollius ducuntur. Initio tamen antiquae artis plurima vestigia supersunt, ut in III **7**, acroterium ex arce Athenarum, pg. 29; **6d**′, stater Mileti?; **6e**′, **e**″, pg. 22. Harum ultima praesertim alius moris praebet exemplum. Saepe artifices, quod Gorgone ornamenti loco utebantur, diversas vultus partes, non quasi quis dixerit ad naturam expresserunt, sed pro ornamentis habuerunt. In vasis pictis id e re ipsa saepissime apparet, sed ex aliis quoque monumentis, III **1a**, pg. 8; **8a**, pg. 29; 8β, pg. 31; 8γ, pg. 32, iam nasum ex. gr. tripertitum novimus qui in scypho III **3a**, pg. 10, vel duplicatus occurrit. In vasis tamen antiquis plurima imperitiae tribui possunt, in minus antiquis ut III **3g**, pg. 14, omnia negligentiae, in hac autem pictura, III **6e**″, laudabili cura facta, nihil imperitiae, nihil negligentiae inest, et tamen nasum ex quatuor semicirculis constantem, oculos oblique positos, linguam quadratam, rictum recurvum meministis.

Sic aurium loco III **7**, ceterum quam plurimum Gorgo artis antiquae potest ad naturam humanam expressa, ornamenta habet et sic praesertim longa series nummorum, quam sub III 8δ ε, Lesbi, pg. 25; 8ς, Abydi, pg. 37; 8ε′, Phocaeae? pg. 34 — famosa hi sunt propter aures, iniuria olim ferinas dictas, non enim nisi ornamenta sunt — et Apolloniae, pg. 40, memoravi, pedetentim fit ornatior, usquedum in postremis, Apolloniae 7—10, 8ς′—ς‴, pg. 41, characterem deponunt et molliores humaniores fiunt. Horum tempus eo definitur quod Apolloniae 11—21, novis typis, quorum 12, 8*B*, a Neopolitano 5, **6i**′, pg. 23, anno 405 cuso, disiungi nequit, prope ad seculi exitum collocandi sunt.

Ex familia III **6** eandem ob causam citabo η″, Coroneae 1, ex annis 456—446, pg. 28, deinde η, Olbiae 1, 2, pg. 25. Iam tamen prius hac familia, artis novae, mollioris initia obfert, III **6h**, Neapolis 3, pg. 23.

Ex huius quoque seculi initio erit I **2b**′, quod antiquiorem artem sequitur, deinde III **11b**, nummi Selgensium?, pg. 6, inferiore capitis parte minus lata, qua in re cum aeneis nummis Himerae pg. 45, 46, III **11**β γ ε δ′ ς, congruunt. Inter eos tamen latiora exempla III **11**α, δ invenies. Tota series quae

ab anno 466 ad annum 409 duravit (vide pg. 48), unica exceptione, **11ε**, in uno quoque exemplari fit negligentior, neque eius familiae exempla anno 409 iuniora exstant.

In altera seculi parte nova genera oriuntur de quibus sub familiis III **12—15 (16)** egi.

Familia **15**, pg. 56 sqq., ore saepe in arcus figuram formato, buccis informibus, crinibus passis, minime ab antiquioribus recedit, vel etiam in **15e**, Populoniae 9—14, pg. 56, generis I memoriam revocat.

Familia **14**, pg. 53 sqq., quam ad Phidiae Minervam, anni 438, referre conatus sum, quae hectas Lesbias et trihemiobolia Tegeae, aliaque multa exempla continet, etsi vultu longe est humaniore, crinibus ornate dispositis, latitudine tantum et rictu difformis, non tamen recentior est quam familia **15**.

Exempla familiae **13**, crinibus flammarum instar diradiantibus, quae attuli pg. 49 sqq., praeter illud in adnotatione ad pg. 49 memoratum, ex proximo seculo esse videntur, non tamen ea hic praeterire possumus, et quod nihil aliud esse videntur quam progenies familiae III **5** et quod familiam **12**, crinibus horrentibus retortis, ex iis ortam esse suspicor.

Haec autem, **12**, pg. 49 sqq., quam e Pyrrhi Minerva Hygiea, intra annos 437—432 vota, pg. 52, deducere adgressus eram, plurimum ad ceterarum temporis definitionem prodest. Pyrrhi enim Minerva antiquius exemplum non exstare videtur, deinde **12α**, in obolo Motyae, anno 396 ab incolis derelictae, et **12α**, pg. 47, in *τριᾶντι* Camarinaeo, aere Himeraeo omnino recentiore, simul occurrit. Vix igitur immerito, pg. 48, ex his Apolloniae 21, **12a** definire visus ero, neque certiorem temporis definitionem, Corinthiaco 3, **12a** novi.

Ex hoc ipso tempore diadematis frequens usus oritur, nam etsi prior aetas illud non ignorat, ex. gr. III **1c**, **6c'**, plurima tamen exempla afferunt nummi Populoniae, III **15**, Neapolis 5 et Apolloniae 12—15 (cum acroterio Siciliensi 8*A*, pg. 30), Motyae 1, 2, 5, Camarinae 1, 3 et Parii 1—3, pg. 43.

Ex ultimis quoque V seculi decenniis Io est Euripidis in qua (v. 1421 et 1423) Creusa Ionis incunabula sic discribit:

Γοργὼν μὲν ἐν μέσοισιν ἠτρίοις πέπλων·
κεκρασπέδωταί τ' ὄφεσιν αἰγίδος τρόπον.

Nimirum hic ea anguium dispositio memoratur quam aegidem parvam vocavi, cuius prima exempla, generis IV, in obolo aureo Syracusano **3a**, ex initio IV seculi, pg. 62, in clipeo Minervae Partheni anno 399/8 restituto, pg. 62, deinde in aegide quoque Minervae Dresdensis **3c**, pg. 63, reperimus [1].

---

[1]) Eiusdem generis fuisse videtur caput Gorgonis inauratum, aegide circumdatum, Athenis supra theatrum, ad arcis murum australem defixum (Paus. I 21. § 3).

Haec nos ad IV seculum deduxerunt. In eo primo loco memorentur nummi Neopolitanorum III **6k—m**, pg. 23, 24 (Olbiopolitarum **6ι f**, pg. 25, 26) et bracteae aureae in Scytharum tumulis repertae, **6κ—λ**, pg. 27, qui typum, genis mollioribus, rictu modico, cincinnis plerumque longis, postremis annis seculi prioris ortum, ad medium fere seculum — anno 356 Philippus Neapolim in suam potestatem redegit — integrum servaverunt.

Nummuli Corinthi, Leucadiae, Anactorii, III **12a'—f**, **13a—c**, de quorum genere iam pagina superiore egi, nummi Apolloniae, fere 17—23, pg. 42 et Parii omnes ad Alexandrum vel etiam ad finem seculi deducendi sunt. Horum tamen ars non multi preti est nisi in Apolloniae 21, **12a**, et praesertim in 20, **6d''**, qui artem antiquam curiose imitatur. De hoc antiquitatis studio egi ad IV **3c**, Minervam Dresdensem, pg. 63, eiusque originem ad Philippi aetatem 359—336 adsignare conatus sum.

Illud ipsum genus IV pg. 60 sqq., tumidum et rotundum, rictu primum parvo, mox ore clauso, cognationem cum familia III **14** habet et quidem talem ut saepe exemplaria brevi discriptione decerni non possint, de arte tamen vix errabis. Familia enim III **14** in principio exemplaria habet pinguia quidem sed non invenusta, sed illi qui genus IV finxerunt pinguedinis et rugarum expressione Gorgonis horrorem exprimere conati sunt.

Cum, per proxima secula ad I post Christum natum usque, equidem adhuc, nisi aliunde aetas constet, e Gorgone eius generis ipsa, nihil fere de aetate extricare possim, id genus non in uno quoque seculo memorabo.

Eandem normam in proximis generibus sequar.

Seculum quoque IV, si recte argumenta computavi, originem generis VI, alati, pg. 70 sqq., vidit, verum tanta hucusque diversitas in tam parca materia invenitur ut valde cupio tale quidquid in museis lateat id omne mox editum iri.

Genus V pulcrum, pg. 64 sqq., sine dubio, ut ex crinium dispositione apparet, ex familia III **12** originem ducit. Hoc ea igitur posterior sit necesse est. Nec si me audies prima exempla, in nummulis Coronaeis 4—6, pg. 29 et 64, anno 338 antiquiores esse perhibebis. Cum autem genus VII, alatum pulcrum, pg. 72 sqq., non multo recentius esse possit — nummi enim aenei Seleuci, VII **1c**, intra annum 306 et 280 cusi sunt — suspicio oritur genus V ex genere VII et illud ex familia III **12** ortum esse. Artifex quidam nobis ignotus caput Gorgonis pulcrum alatum finxerit, deinde alii, ab eo docti Gorgonem pulcram esse posse, eam solito more, sine alis, caelassent. Verum haec suspicio probari hucusque nequit. Auctores qui caput Gorgonis alatum meminerint non novi, qui Gorgonem pulcram fuisse perhibent sero nati sunt quam ut ex iis de aetate quid efficeres.

Feliciores sumus quod ad caput Gorgonis in media triquetra, genus VIII pg. 75 sqq., adtinet, nam ex eodem fere tempore ex quo nummus Agathoclis est, annis 317—310, epigramma, huc a viro cl. Holm (Rivista sicula 1871) allatum exstat Dioscoridis qui in clipeo Thalli, herois Cretensis, fingit pictum esse signum:

Γοργόνα τὰν λιθοεργὸν ὁμοῦ καὶ τριπλόα γοῦνα.

Ad finem IV seculi pervenimus. Quae restant breviter secundum aetatem, siquidem haec certius definiri potest, disposita indicabo.

Ante annum 190 symbolum Cistophori Pergameni	VII	**1c**,	pg.	73.
Initio seculi II nummus aeneus Demetrii Aniceti	V	**1b**,	„	68.
Ante annum 165 nummus aeneus quadratus Antimachi Nicephori	V	**2a**,	„	68.
Paulo ante annum 164 nummi argentei Rhodiorum	V	**1d**,	„	66.
Intra annos 152—144 onyx Alexandri Bala	VII	**1e**,	„	73.
Medio seculo II nummus aeneus Menandri	V	**2a**,	„	68.
Anno 149 nummus argenteus Aradi	V	**1c**,	„	66.
Intra annos 114—104 triens Cn. Domitii M. Silani Q. Curtii	V	?,	„	68.
Circum initium seculi I nummi Athenarum	IV	**3d**,	„	64.
Intra annos 74—50 denarius L. Cossutii Sabulae	VII	**1c**,	„	72.
Ante annum 49 nummi argentei et aenei Ponti	V	**2b**,	„	67.
Anno 49 denarius Lentuli Marcelli cos.	VIII	**7**,	„	76.
Intra annos 49—45 (vide addenda) denarius M'. Cordii Rufi	VII	**2b**,	„	74.
Intra annos 49—45 denarius L. Plautii Planci	IV	**2d**,	„	61.

Potissimum ad genus IV, nam neque hic alarum ulla mentio fit, pertinere crediderim versus qui a quibusdam Servii codicibus (ad Aen. VI 289) Vergilio tribuuntur:

Gorgonis in medio portentum immane Medusae
vipereae circum ore comae, cui sibila torquent,
infamesque rigent oculi, mentoque sub imo
serpentum extremis nodantur vincula caudis.

Ante annum 31 prora navis	VII	**1a'**,	pg.	75.
Aetate Augusti, anno 31 a. Chr. n. — 14 p. Chr. n., eius? statua	V	**4B**,	„	72.
Anno 20 a. Chr. n. nummus aureus Augusti	VIII	**7**,	„	76.
Aetate Augusti, nummus aeneus Oeae	VII	**1f**,	„	74.
Ante annum 14 p. Chr. n. nummus aeneus Panhormi	VIII	**7**,	„	76.
Ante annum 18 nummus aeneus Panhormi	VIII	**5**,	„	76.
Ante annum 31, non longe post 14, nummus aeneus Panhormi	VIII	**7**,	„	77.
Anno 68 nummus argenteus L. Clodii Macri	VIII	**5**,	„	98.
Intra annos 70—81 signum Titi?	VI	**1C**,	„	72.

Ex tabulis pictis Pompeianis Herculanensibus, anno igitur 79 prioribus, supra nihil memoravi, non tamen possum quin hic unam (Zahn III. 23; Mus. Borbon. XII. 48) pro omnibus breviter memorem, quod primum praestitit exemplum fabulae iam a Pherecyde memoratae, Minervam clipeum Perseo obtendisse quo speculi loco uteretur.

Eandem imaginem, quae in Medusa et Perseo fere ad amussim convenit, reperies in nummo aeneo CЄΒΑϹΤΗ—ΝΩΝ, ЄΠΙ · ΛΟΥ*κίου* ΑΜЄΞΑΛΙΟΥ·?[1]) ΑΝΤΩΝ(ЄΙΝΟΥ?) ΑΡΧ*οντος*, cuius adversa pars, ΚΑΙ · Μ · ΑΥΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ inscripta, caput habet laureatum Caracallae, quique igitur intra annos 198—217 cusus est (Pellerin III tab. 126. 7).

Utrique imagini celebris pictura exemplo fuit, ad talem enim imaginem respicit Lucianus (de domo 25 et Dial. Mor. XIV. 2). Vide virum cl. Blümner (Studien zu Luc. pg. 62) qui eo libello de aliis quoque Luciani locis, ad Gorgonem in tabulis pictis pertinentibus, egit.

Neque aliter, credo, Quintus Smyrnaeus sibi imaginem in goryto Philocteti excogitavit, scribens:

X. 195 *Περσεὺς δ' ἀντίθεος βλοσυρὴν ἐδάϊξε Μέδουσαν.*

Unum tantum Luciani locum hic describam: (Quo modo hist. conscrib. § 27) *ἡ γοῦν ἀσπὶς ἡ τοῦ αὐτοκράτορος ὅλῳ βιβλίῳ μόγις ἐξηρμηνεύθη αὐτῷ, καὶ Γοργὼν ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῆς ἐκ κυανοῦ καὶ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ζώνη ἰριοειδὴς καὶ δράκοντες ἑλικηδὸν καὶ βοστρυχηδόν.* Haec verba optime interpretant, tempore enim proximi sunt, nummi, intra annos 193—211 cusi, aurei et argentei Septimii Severi VII **1d'**, pg. 74.

Intra annos 253—260 nummus aeneus Aegarum VII **1d'**, „ 75.

Intra annos 265?—267 nummus aureus Victorini VII **1d'**, „ 75.

Intra annos 312—337 sardonyx Constantini VII **1d'**, „ 75.

Per decem igitur secula hic Gorgonis genera atque aetates computavimus, neque mirum est quod ex sequenti millennio nihil invenerim nisi amuleta quaedam, V **3d**, pg. 69, quae vel ex IX et XIII seculo esse videntur, nova enim religio novas imagines pro veteribus gentilibus substituit.

Ars autem Christiana Gorgonis loco Seraphim et Angelorum capitibus usa esse videtur donec, antiquitatis studio apud Italos renato, Gorgonis memoria in caelatorum sculptorumque operibus, novis typis, non hic tractandis, revixit.

[1]) Vide annon legendum sit ΑΛЄΞΙΑΝΟΥ ut ille idem sit qui anno 221 M. Aurelius Alexander appellatus est.

C A P U T III D E O R I G I N E.

De origine triplex est quaestio: quid sit, ubi sit, unde sit Gorgo.

Ad primam quaestionem tria sunt antiquorum responsa.

I. Gorgones re vera in Libya fuerunt, secundum alios *ἄγριαι γυναῖκες*, secundum alios reginae eximia pulcritudine. Auctorum loca vide apud Levezow (pg. 143 sqq.) qui, priorem sententiam amplexus, mulieres illas nihil aliud nisi simiarum genus fuisse demonstravit. Haec tamen opinio nimium Euhemerum sapit [1]).

II. Gorgonis caput vultus in orbe lunae est. *Γοργόνειον τὴν σελήνην διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πρόσωπον* esse ex orphicis profert Epigenes apud Clementem Alexandrinum (Stromat. V. 8 § 50). Hanc sententiam inter alias defenderunt Creuzer (Symbolik I pg. 794 et II pg. 434) inepte et dux Luynensis (Culte d' Hécate pg. 50) ingeniosius quam verius. Huius tamen argumentis longe facilius demonstraveris Gorgonis caput solem esse quam lunam.

Utraque tamen opinio cum cunctis fere poetarum locis antiquioribus pugnat. Pugnat, quod caput rei est, cum genealogia Hesiodea, pugnat cum Homero, cum Pindaro, cum Aeschylo, nam neque sol neque luna *Διὸς τέρας αἰγιόχοιο* (Il. V 742) dici potest, neque *λίθινον θάνατον* (Pind. X 48) obfert, neque hi sunt *ἃς θνητὸς οὐδεὶς εἰσιδὼν ἕξει πνοάς* (Aesch. Prom. 800).

Omnia haec e tertia opinione facile explicantur.

III. Medusa nubes fulminans est. Huius opinionis primordia iam apud

---

[1]) Si omnino qui Gorgonem finxerint, de fera cogitaverint, de angue potius cogitasse eos crediderim, saepe enim Gorgonis est adtributum et, quod me in hanc sententiam impulit, eius locum occupat in Herculis clipeo ibique sic depingitur ut nihil interesse videatur:

v. 144 *ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος οὔτι φατειός,*
ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς·
τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων,
δεινῶν, ἀπλήτων, ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου
δεινὴ Ἔρις πεπότητο κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν,
σχετλίη, ἥ ῥα νόον τε καὶ ἐκ φρένας αἴνυτο φωτῶν,
οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν.

Caecios (Schol. Lucophr. v. 17) reperies. Unde illud petierint ignoro. Ipsi addunt: *οὕτως ἡμῖν δοκεῖ τοῖς Τζετζίοις ἔχειν ταῦτα τὰ μυθουργήματα* [1].

Hodie fere omnes qui de ea re scripserunt viri docti, ut nuperrime vir cl. Brunn, eam opinionem amplexi sunt, etsi nemo opinor Caecios in minoribus rebus secuturus est.

Caput Gorgonis igitur fulmen est, *δεινή τε σμερδνή τε Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.*

Neque imbellem feroces progenerant aquilae columbam, ut ait Horatius, nam Chrysaoris nomen vix commentario indiget et Pegasus,

Hes. Th. 285 *Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει*
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.

seu (Eur. Belleroph. apud Arist. Pacis v. 722)

ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ.

Vox ipsa *Gorgo* nihil aliud est, ut opinor, nisi *fulgens.*

Mali ominis nihil inesse eo apparet quod nomen muliebre fuit non inusitatum. Nunc autem cogita tibi regem Spartanum aut alium quem mortalium qui filiam suam *Μορμώ* vocaverit!

De altera quaestione plerumque in eo consentiunt antiqui quod GORGONES CONFINIA ORBIS TERRARUM HABITARE narrant,

Hes. Th. 274 *πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο,*
ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι·

quocum consentit qui Cypria scripsit, memorans (frg. 18):

Γοργόνας, αἰνὰ πέλωρα,
αἳ Σαρπηδόνα ναῖον ἐπ' Ὠκεανῷ βαθυδίνῃ,
νῆσον πετρήεσσαν,

neque multum differt quod Homerus in Odyssea Gorgonem apud inferos collocaverit (XI. 635, vide pg. 80) aut Pindarus de Hyperboreis cogitaverit (Pyth. X. 30 sqq.) et Aeschylus iuxta Gryphos et Arimaspos cecinerit:

Prom. 793 *Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα*
αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναὶ κόραι
τρεῖς κυκνόμορφοι, κοινὸν ὄμμ' ἐκτημέναι,
μονόδοντες, ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
ἀκτῖσιν οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ·

---

[1] Iam tamen Quintus Smyrnaeus vix aliter sentiebat, aegidem enim Minervae Homerum imitatus canit:

XIV 454 *ἐν γάρ οἱ πεπόνητο κάρη βλοσυροῖο Μεδούσης*
σμερδαλέον· κρατεροὶ δὲ καὶ ἀκάματοι πυρὸς ὁρμὴν
λάβρον ἀποπνείοντες ἔσαν καθύπερθε δράκοντες·
ἔβραχε δ' αἰγὶς ἅπασα περὶ στήθεσσιν ἀνάσσης
οἷον ὅτε στεροπῇσιν ἐπιβρέμει ἄσπετος αἰθήρ.

πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι
δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοστυγεῖς
ἃς θνητὸς οὐδεὶς εἰσιδὼν ἕξει πνοάς·

aut quod recentiores, inde ab Herodoto (II. 91) eas in Libya quaesiverint.

Gorgo innotuit per totum fere orbem terrarum Graecis notum, ubicunque aut Graeca ars aut Graecum imperium barbaros subegit, a Scythis Etruscis Gallis ad Poenos, ab Iberis ad Syros, quid dico, ad Bactros et Indos usque.

Cur quaeque civitas, quae hoc signo in nummis usa sit, illud usurpaverit, nimirum non semper constat. Interdum illud ab aliis acceperunt ut Motyenses Neopolitani? Miletopolitae. Saepe symbolum est Minervae et una cum ea occurrit, apud Selgenses Romanos Syracusanos, aut cum ea vices mutat, apud Athenienses Olbiopolitas Populonienses Corinthios Camarinaeos Coronaeos Clazomenios Miletopolitanos Solenses, aut aliunde constat eas urbes in Minervae tutela fuisse ut Athenas, ut Himeram (Diod. Sic. V 3. § 4), ut Tegeam, ut Coroneam. Accedit quod Cepheus, Alei f., crines Medusae, eternum propugnaculum Tegeae, quae praeter Minervam Aleam, Minervam Politida colebat, accepisse fertur (Paus. VIII. 47 § 5) et quod Coroneae Minerva Itonia ipsa Iodamam sacerdotem, Gorgonis capite oblato in saxum vertisse dicitur (Paus. IX. 34 § 2).

Interdum Persei symbolum est: in Ponto, propter Achaemenides, Seriphi, cuius regem et incolas Perseus in saxa vertit, et Iconii, quam urbem Perseus condidisse fertur.

Mature iam monumenta, uti vidimus, Gorgonem exhibent, non tamen antiquissima quae in Graeca terra reperiuntur. Neque enim Mycenis Gorgones repertae sunt, neque vasa geometrica quae dicuntur, neque ea quae a Dipylo cognomen traxerunt, ne Corinthiaca quidem antiquissima iis ornantur.

Fuit igitur aevum per quod Gorgo Graecis ignota erat.

Quaestio ergo tertia oritur, unde Gorgonem Graeci acceperint.

Primum uti vidimus, pg. 79, memoratur apud Homerum in clipeo Agamemnonis et quidem una cum thorace qui disertis verbis Cyprii regis donum esse dicitur. Materia tamen simillima est, nam in utroque *κασσίτερος* (plumbum album) et *κύανος* [1]) (quidni Cyprius, vide Theophr. de Lap. § 55) (caeruleum) locum

[1]) De cyano vide Lepsium (Die Metalle, in den Aegypt. Inschr. Abh. der Berl. Ac. 1871 pg. 69 sqq. et 130 sqq.).

Cave ne in medio clipeo umbilicum ex saphiro, cyano genuino, fuisse credas, clipeus enim ipse *ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο* (v. 35), i. e. pictus erat caeruleo. Non aliter clipeus Herculis (v. 141) *τιτάνῳ* fulgens, creta alba obductus erat, aut armorum partes *λευκοὶ, κασσιτέροιο,* lumbo albo illitae fuerunt.

insignem obtinuerunt, et ars eadem est. Compara virgas, *οἴμους*, thoracis et circulos, *κύκλους*, clipei, deinde hos versus:

Il. X 26 *Κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο προτὶ δειρὴν*
τρεῖς ἑκάτερθ', ἴρισσιν ἐοικότες·
38 *Τῆς δ' ἐξ ἀργύρεος τελαμὼν ἦν· αὐτὰρ ἐπ' αὐτοῦ*
κυάνεος ἐλέλικτο δράκων, κεφαλαὶ δέ οἱ ἦσαν
τρεῖς ἀμφιστρεφέες ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι.

Cypria ergo arte clipeus quoque factus videtur. Ex ea origine facilius interpretatur quomodo fieri potuerit ut antiquissima Terroris imago in interiore Asia occurreret.

Nomen deinde sacci, quod primus auctor clipei Herculis memorat, *κίβισις*, secundum Hesychium (in voce) Cyprium est vocabulum, *πήρα* interpretandum. Porro, pg. 13 N. 6, peculiarem sacci formam invenimus in insolita fabulae imagine, quae primum duplicis partus exemplum nobis praebuit, quo enim propius ad fabulae cuiusdam originem sunt artifices eo minor iis certam et immutabilem normam sequendi est necessitas.

Cum denique Gorgones exstant Cypriae diversissimae satis antiquae, veri simile videtur EX CYPRO GORGONEM ACCEPISSE GRAECOS.

Ultra tamen investigationem perducere frustra tentavi, nam neque ars Assyriorum nec Hettaeorum, neque ars Aegyptiorum nec Phoenicum quos omnes Cyprios invicem imitatos esse constat, hucusque Gorgonem nobis dedit. Apud Assyros quidem figurae gorgoneae prorsus ignotae non fuerunt (caput vide ex cilice, rictu maximo, multis dentibus magnis, oculis magnis, cuneis inscriptum apud Layard, Mon. of Nineveh, tab. 95. 3, 4, Mus. Brit.; et totam figuram aeneam, capite simili, unguibus vulturinis, IV alis, quam ventum australem (S W) inscriptio esse testatur apud Perrot, Histoire de l'Art II pg. 496, Mus. Lup.) et Aegyptii deum colebant *Bes* aut *Besa* dictum cuius imaginem Phoenices late vulgaverunt, sed inter amplissimam exemplorum copiam nullum inveni e quo Gorgonis imaginem natam esse suspicarer.

Cum autem per totum fere orbem terrarum [1]) capita adversa, horrenda, aut

[1]) Caput lingua exserta Mexicanum (Humboldt et Bomplan tab. 23) iam diu vulgatum est (Levezow 26; Micali, Stor. dell' Ant. Pop. tab. 51. 13).

Clipei cum naso, cum oculis et cum ore dentibus magnis, ex insulis Oceani australis in ethnographicis museis multi exstant.

Clipeus Sinensis iisdem vultus partibus (et lingua in rictu) sed ex parte in flosculis mutatis, quo milites, *tigrides belli* dicti, armati erant, editur apud Macartney (Chinese Embassy tab. 19. 5).

Ad Assyria monstra propius accedunt daemones quos vir doct. Leitner in Indiae rupibus sculptos, Graecos? milites comitantes repperit et solis auxilio depinxit, quorum imagines in bibliotheca Lugdunensi vidi.

dentibus magnis, aut lingua exserta, in usu fuerint ut aut mala averterent aut hostibus terrorem incuterent, caute omnino rem agere debemus. Ego libentius manus prorsus abstinere maluerim, non tamen possum quin eas comparationes, quae se mihi obtulerint, proferam.

Maior est vultus similitudo inter *Besam* et Silenos quam inter eum et Gorgones, tamen *Besa* ut Gorgo lingua exserta esse solet et interdum, etsi raro, in rictu maiore habet dentes (Lepsius Denkmäler I tab. 108. 2. Philis in templo in abaco columni; Bonomi and Arundale tab. 23 fig. 63).

Besa raro omnino barba caret, tamen interdum in antiquissimis exemplis (Prisse d'Avennes II tab. ultima. 9, si quidem hic *Besa* est) sed Gorgo etsi mulier est saepe est barbata.

Besa pelle amictus esse solet, neque raro Gorgones, verum non antiquissimae, pelle amiciuntur.

Gorgo alata esse solet, Besa, etsi sero, tamen et duobus et quatuor alis occurrit. (Micali, Stor. dell' ant. Pop. tab. 2 et 3; Stèle de Metternich; Zeitschr. f. Aeg. Sprache 1881 pg. 16).

Caput *Besae*, ut Gorgonis, inter II angues fingitur (Prisse II; Rosellini II tab. 58. 4 = Champollion II tab. 168. 3 = Weiss, Kostümkunde I fig. 75) sed inter gryphorum quoque et equorum capita (Prisse II tab. ultima). *Besa* in nummis Insulae Minoris, איבשם inscriptis, manu s. anguem tenet. (Heiss, Mon. de l'Espagne tab. 63. 64).

Besa et Gorgo, ut supra, pg. 7, vidimus, inter duos leones occurrunt.

A Gorgone tibiis canendi artem Minerva didicit et *Besa* omnis generis musicae peritissimus est. Exempla collegit vir doct. Pleyte (Chapitres suppl. du Livre des Morts 162, 162*, 163 pg. 132). Accedit praesertim tota symphonia — octo sunt Besae — in heroo Lycio (*Gjölbaschi*) de quo narrat vir cl. Benndorf (Mitth. aus Oesterreich VI pg. 201) in quo neque tibiis canentes deficiunt.

In pateris aeneis Phoeniceis in Assyria repertis (*Nimroud*, Layard, Mon. of Nineveh II tab. 61 B et N^0. 65) *Besa* occurrit a duobus iuvenibus, ut Gorgo a Perseo, captus.

Tales figuras Sinenses multiplicaverunt sed, praeter Indicas memoratas, antiquissimae, quae tamen IX p. Chr. n. seculo antiquiores non esse possunt, in insula Iabadii (*Java*) exstare videntur. Earum exemplum capite multo quam ceterarum Gorgoni similiore exstat in horto Zoologico Amstelodamensi. Capitis imaginem tab. III 10 dedi. Gorgonum praesertim comparas velim III 50. Cetera figura, ut solent, virilis est, adversa, longis cincinnis laxis, s. cingulum ad pedes defluentem tenens, et d., pectori admota, olim clavam tenebat. Linguam exsertam non habere solent, exemplum tamen eodem loco vidi in capulo gladii aureo, adamantibus distinctum. *Rakshása* ei nomen est.

Deliniandi potestas mihi a viro doct. Westerman liberalissime concessa est.

Magnam partem eorum quae hic congessi viro doct. Pleyte debeo.

Besa mas esse solet, etsi dubitari potest utrum impubes an castratus, verum feminae quoque occurrunt imberbes, saepius ad mares dorso defixae, raro solae (Mus. Aug. Taurinorum. Micali l. l. tab. 50. 3 et Pleyte l. l. tab. ad pg. 146; Mus. Brit. Pleyte l. l. t. ad pg. 148; Mus. Lup. Deville, Hist. de la Verrerie tab. 111 e). Quidni haec dea *Beset* esset dicenda non video.

Besa denique et Gorgo, simili more, in aedibus aut supellectile, praesertim vasis, ornandis usurpantur; vel etiam in medio clipeo militis Persae incusi in nummo argenteo rarissimo (Imhoof, Mon. Gr. tab. G. 14) caput *Besae* occurrit.

Quod si unicum exemplum est, id casui tribuendum videtur. *Besa* enim bello gaudet ut ex armatis eius imaginibus et ex inscriptionibus Aegyptiis apparet. (Gorgones cum comparare non liceat, *Κῆρες* comparandae sunt).

Illud igitur omnino dolendum est nos adhuc nescire a quibus Aegyptii hunc deum acceperint, nam Aegyptia origine eum non esse omnes consentiunt. Apud eum enim populum, si quid hariolari licuisset, coniecissem duos vel plures deos gorgoneo vultu fuisse e quibus Graeci, ut solent, muliebrem elegissent, Aegyptii autem virilem. Sed manus de tabula!

De origine quidem egit vir doct. Pleyte, in libello illo eruditionis pleno, iam saepe memorato, non tamen absoluta quaestio videtur quoniam antiquissimae imagines eum fugerunt. Non ego diiudicabo an antiquissima sit quae adservatur in Museo Oxoniensi N. 627 [1]) (Wiedemann, Egypt. Gesch. pg. 391). Titulus ei inscriptus est: *Ra'-men-cheper*, quo tamen non rex *Thotmosis* III solus usus est. Certe tamen tempore, a viro doct. Pleyte tractato, antiquiora sunt vasa aurea, quae regi Setho (*Seti* I) ab Assyriis (*Rotennu*) devictis afferuntur. Vasa tamen ea Aegyptia arte facta dixeris, quare fit ut viri doct. Pleyte coniecturam, quam mihi per litteras communicavit, *vasa illa praedam esse in Aegypto factam quae redderetur*, vix possum quin probem.

Tamen *Besa* vix unquam corona (aut calatho?) ex palmae ramis aut passeris Numidici pennis caret, qua viri quoque in tali vase ornantur (Weiss l. l. II fig. 112 e) et quam, quod caput rei est nam inde eius origo apparet, miles Hettaeus gerit (Weiss, l. l. fig. 113 a et fortasse 110 b). Idem illud ornamentum apud Cybeles Gallos in usu remansisse videtur (Benndorf l. l.; Zoëga, Basirelievi) [2]).

---

[1]) Eam mihi designavit vir doct. Wiedemann, vir autem cl. Sayce, rogatus, ectypa misit chartacea, egregie cum cura facta.

Tabula est votiva parva; *Besae* imago sinistra est, brachiis expansis; ad utramque manum captivus defixus esse videtur.

[2]) Gorgo nunquam sic ornatur, nisi crines erectos marmoris Spartani, III **5a**, pg. 16, illius ornamenti memoriam servasse contendere velles, quod vix liceret.

In inscriptionibus quidem, ni fallor infimae aetatis, *Besa* vocatur *neb Pun-t* i. e. dominus regionis *Pun*, an vero inde eius origo demonstrari debeat, alii videant. Quae vir doct. Pleyte, l. l., de Pygmaeis et crassis mulieribus contulit me non convincunt.

Si, ut Lepsius (Einleitung zur Nubischen Gram.) voluit, *Puna* gens ad mare Erythraeum et Phoenices (Poeni) fuerint, quorum fines Conon (apud Phot. cod. CLXXXVI. c. 51) definiret, facile foret quaedam congerere de Derceto aut Ceto, Ioppes dea, et Ceto Gorgonum matre, de Cepheo, Cephenum rege (*Kefa* Aegyptiis Phoenicum nomen est) et Cepheo Tegeata (vide pg. 93), quae nos vel ad Hierapolis Apollinem, *summisque ab umeris gorgoneum velamentum redimitum anguibus* (Macrob. Sat. I. 17. 67) deducerent sed neque in Philistaeorum [1]) mythologia *Besae*, neque apud Phoenices Gorgonis volam nec vestigium repperi.

Deinde, quod vix minoris momenti est, unica figura virilis quae *Besa* non est, capite non a Gorgonis capite distinguendo praedita, in Etruria reperta, III **1d**, pg. 9 (c. addendis) aspectum habet omnino Asiaticum, et Gorgonum antiquiorum vestem non repperi nisi in Hettaeis monumentis (Perrot, Gall. et Bith. passim sed praesertim in figuris pg. 79 memoratis), deinde Gorgones aeque ac Perseus fere semper caligas habent quod Hettaeis quoque peculiare est [2]).

Hettaei quidem, secundum regum Lydorum historiam antiquissimam, — neque Aegyptia monumenta aut biblia sacra repugnant — aliquid cum Ioppes incolis commune habere possint videri, sed omnia haec adhuc tam incerta et obscura sunt, ut haec investigatio in longum tempus dimittenda videatur.

Si autem in serio opere ioco locus esset, Gorgonem finxerim Minervam meam adloquentem ut matrem in Simmiae epigrammate (Anth. Pal VII 647)

Ὕστατα δὴ τάδ' ἔειπε φίλην ποτὶ μητέρα Γοργώ
δακρυόεσσα, δέρης χερσὶν ἐφαπτομένα·
αὖθι μένοις παρὰ πατρὶ, τέκοις δ' ἐπὶ λῴονι μοίρᾳ
ἄλλην, σῷ πολιῷ γήραϊ καδεμόνα.

---

[1]) An quid probet caput *Besae* in nummo Gazae adsignando (Luynes, Choix tab. 12. 3) non diiudico.

[2]) Ignoro an Hettaeorum quoque memoriam servarit mira illa fabula apud Suidam (v. Μέδουσα), Cedrenum pg. 22. 23, Malalam pg. 35 sqq., de Perseo Iconii et Tarsi conditore.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pg. 1 *v.* 3 *pro:* vasibus, *lege:* vasis fictilibus. *Ceteros typographi errores ut pg.* 1. *v.* 21 hic ve illuc *pg.* 3. *v.* 24 Gorgones.... secutos, *pg.* 4. *v.* 10 fronte rugoso, *pg.* 7. *v.* 32 reperi, *pg.* 8. *v.* 26 utroque parte *et calami lapsus ut pg.* 8. *v.* 13 *aliisque locis:* Micali, *Hist.* dell' ant. pop., *pro:* Stor., *benevolus lector ipse velim corrigat.*

„ 5, III **1c** *pro*: Asiaticis incertis, *lege:* Phocaicis.

„ 9, III **1d** *adde*: Æ caelatum Capsula. Rep. Salpini? (*Orvieto*). Arch. Zeit. 1877 tab. 11. 1.

„ „, III **2a** *adde*: Kekulé, Sicilische Terracotten fig. 95.

„ 10, III **2c** *adde:* Konze, Melische Thongefässe tab. 5. 9.

„ 20, III **6b'** *adde:* Trésor de Glypt., Gall. Myth. tab. 26. 13.

„ 21, III **6c** *post:* Kekulé, Sicilische Terracotten, *adde*: fig. 83.

„ 24, III **6l,** 9 *adde:* Trésor de Glypt., Gall. Myth. tab. 27. 2.

„ 30, III **8A** *post:* Kekulé, Sicilische Terracotten, *adde:* fig. 84.

„ „ III **8*A*** *adde:* Rep. Gelae, *et post:* Kekulé, Sicilische Terracotten, fig. 87.

„ 33, III **14a,** 5 *adde:* Trésor de Glypt., Gall. Myth. tab. 27. 4.

„ „ *in adnotatione* quae de *zinco* conieci frustra fuerunt. Noto enim suo in studia favore, exemplum misit Feuardent ut experimentum facerem. Analysin facere instituit vir amicissimus doct. J. C. C. Loman, nondum tamen absolvit. Nummulus fuit cum capitibus vitulorum)(quadrato incuso, ST. 9. vol 0.152. pond. 1.276, p. spec. 8.395. Maxima ex parte aes fuit, ex quarta fere argentum, inerant deinde stibi (*antimonium*) et particulae aliorum metallorum. Quo modo ex his pondus exemplaris 4) explicari possit nondum video sed melius haec omnia alii loco reservabuntur. Illud iam video hos nummos melius quam sperarem Solonis testimonio respondere, inest enim aes et stibios metallum a Dioscoride (V. 99) plumbum, ut videtur, vocatum.

„ 44, III **11c'** *adde*: Rep. Selinunti, *et post:* Kekulé, Sicilische Terracotten. fig. 85.

„ 46, Himerae 8. Exemplum eodem charactere cusum ut experimentum de metallo facerem liberalissime dedit Feuardent:

III **11ꝫ'** Cap. Gorgonis, ling. rictu ocul. ut ꝫ, naso genis ut *β*, cetera textum vide.
Æ 27. 24.84 (49.68). Color est viridus, maculis sanguineis et pondus *specificum* satis magnum ut plumbum album octavam partem vix excedere crederim; sed haec quoque accuratius indaganda sunt.

„ 50, *inter* Leucadiae 1 *et* 2 *insere* nummulum apud Millingen, Anc. uned. Coins tab. 4. 3.

„ 57, *post* Populoniae 14 *adde*:

(IV **2a**) 15 Cap. Gorgonis ling. nulla, rictu parvo, bucc. lat., crin. ornatis, infra X (denarius).
)(Aversa pura.
AR 16. — Annuaire de Num. 1884 tab. 6. 7.

„ 61, IV **2a** *ante*: Olbiae 7, *adde*: Populoniae 15.

„ 67, V **2b** *pro*: Cabira, *lege*: Cabera, *cf. nummi et Photii et Eutropii codices.*

„ 74, VII **2b** *pro*: ante annum 49/50, *lege*: intra annos 49—45.

„ 77, VIII **5** *adde*; AR L· C·lodii MACRI· CARTHAGO—S C circum caput Carthaginis)(SI—CI —L(IA) Bibl. Fr-G. Müller Num. d'Afrique II pg. 171 N. 381.
L. Clodius Macer, Africae propaetor, Galbae aemulus, ab eo occisus est anno 68 p. Chr. n.

INDEX

rerum, Gorgone ornatarum, quae in capite I memorantur.
Accedunt quarum mentio prima vice in capite II fit.

Acroteria et Antefixa:
Ex argilla, pagina 9, 16, 21, 24, 29, 30, 44, 45, 51, 54, 56, 57, 65, 71, 75.
Marmorea 16, 43, 65, 73.
Aes caelatum:
Ansa hydriae 71.
Arma 21, 22, 25, 28.
Capsulae 9 (III 1d) cum addendis, 61.
Currus 7, 8.
Prora navis 75.
Aes fusum:
Pes tripodis 8.
» alius rei 8.
Aurum:
Bracteae 27, 71.
Patera 27.
Corona 70, 71.
Basis 77.
Gemmi 13, 42, 43, 68 (Germanicus?), 69, 73 (Alexander Balas), 75 (Constantinus).
Metopae 29, 30 (Selinuntis) 71, 79 (Selinuntis).
Nummi:
Abydi 37.
Aegarum 75.
Agathoclis 76.
Agrigenti 76.
Amastris 67, 85.
Amisi 67, 85.
Anactorii 51.
Antimachi Nicephori 68.
Apolloniae ad Ryndacum 37—42, 48, 51.
Aradi 66.
Aristocypri 32.
Asiae (incerti) 4 cum addendis, 6.
Astypalaeae 66.
Athenarum 17—21, 49, 64.
Augusti 76.
Bactriae 65.
Caberorum 67, 85.
Camarinae 47, 48, 51.
Chabactorum 67.
Caracallae 90.
Clazomenarum 35.
Clodii Macri 98.
Comanorum 67, 85.
Corinthi 49—51, 61.
Coroneae 28, 29, 61, 64.
Cranii 51.
Cyzici 33, 85.
Demetrii Aniceti 65.
Dionysii I 62.
Eborae 77.
Elidis 53.
Eretriae? 49.
Etennae 67.
EVAΓ 67.
Faesularum 13.
Gadium 61.
Gambrei 44.
Himerae 45, 46 cum addendis, 48.
Iaetiae 76.
Iconii 74, 85.
Indiae 68.

Italiae (incerti) 61.
Laodiceae 67.
Lesbi 32, 33 cum addendis, 53.
Leucadiae 50 cum addendis, 51.
Macedoniae 61.
Malli 13 N. 3, 31, 70.
Massiliae? 36, 37.
Menandri 68.
Mileti? 22, 60.
Miletopolis 64.
Mithradatis 85.
Motyae 47, 48, 51.
Myconi 67.
Neapolis Datenorum 23, 24.
Oeae 74.
Olbiae 25—27, 61, 65, 74.
Panhormi 76, 77.
Parii 43, 48, 67, 74.
Pergami 73.
Phocaeae 5 (III 1c) c. add., 34—36.
Ponti 67.
Populoniae 56, 57 cum addendis.
Praesi 54.
Rhodi 66, 74.
ΡΩΑ (*reguli Thracis*) 24.
Romae 61, 68, 72, 74, 76.
Sebastes 90.
Seleuci Nicatoris 72.
Selges 5—7, 44, 48, 54, 67.
Segestae 48.
Septimii Severi 74.
Seriphi 64, 85.
Sinopae 67, 85.
Solorum Ciliciae 74.
Solorum Cypri 32.
Syracusarum 62, 64, 76.
Syriae 72.
Tegeae 53, 61.
Valeriani 75.
Victorini 75.

PLUMBI 77.

PLUTEUM templi Minervae Victricis 55.

SARCOPHAGI 13, 32, 63, 72.

SPECULA 5, 13, 58, 68, 71, 75.

SIGNA:
Augusti 72.
Minervae Aegineticae 79.
» Dresdensis 63.
» Endoei 79.
» Hygieae Pyrrhi 52.
» Partheni Phidiae 54, 62, 63.
Pompei? 62.
Regum Cypriorum 31.
Titi? 72.

TABULA
picta 90.
vermiculata 65.
votiva 77.

VARIA 57, 74.

VASA
ex argilla nigra 11.
nigris figuris 8, 11.
rubris figuris 61, 67, 68.
Asiatica 8.
Attica nigr. fig. 11—15, 22, 37, 58.
» rubr. fig. 15, 22, 28, 58, 60, 63, 64.
Etrusca 13, 22.
Chalcidica 13, 15.
Corinthiaca 9, 81.
Cyrenaica? 10.
Melia 5.

I.

Daton urbs condita est intra annos 361 et 356 a. Chr. n.

II.

Astacum colonia ab Atheniensibus deducta est anno 439 a. Chr. n.

III.

Nummi qui ancoram, cancrum et A impressa habent Apolloniae (ad Rhyndacum) adsignandi sunt.

IV.

Calliae pacis conditiones Thucididi notas fuisse apparet ex l. VIII c. 56 § 4.

V.

Thuc. l. VIII c. 67 § 2: *ἔπειτ' ἐπειδὴ ἡ ἡμέρα ἐφῆκε, ξυνεκάλεσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνὸν [ἔστι δ' ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω πόλεως ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα] κ. τ. λ.*
Quae uncis inclusa sunt inepto reddantur glossatori, non enim Colonus hippius sed agoraeus intelligendus est.

VI.

Thuc. l. II c. 49 § 2: *τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα καὶ φλόγωσις.*
Collato Lucretio (l. VI v. 1143) lege: *τοῖν ὀφθαλμοῖν.*

VII.

Aesch. Sept. adv. Theb. v. 205: *ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι.* Lege: *ἑλείτροφοι.*

VIII.

Aesch. Agam. 38 . . . . *ὡς ἑκὼν ἐγὼ*
μαθοῦσιν αὐδῶ κὀυ μαθοῦσι λήθομαι.

Lege: *σιγῶν.*

IX.

Aesch. Agam. 1195 *ἢ ψευδόμαντίς εἰμι θυροκόπος φλέδων;*
ἐκμαρτύρησον προυμόσας τὸ μὴ εἰδέναι
λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων.

Lege: *εἰ ψευδόμαντις δ' εἰμι θυροκόπος φλέδων,*
ἐκμαρτύρησον κ. τ. λ.

X.

Luc. Dial. Mar. XI § 1. *Ξάνθος: Δέξαι με, ὦ θάλασσα, δεινὰ πεπονθότα καὶ κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα.*
Lege: *τἀγκαύματα.*

XI.

Luc. Halc. § 2. *ἐπὶ γὰρ τῇ τούτων νεοττίᾳ καὶ ἀλκυονίδας προσαγορευομένας ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει κατὰ χειμῶνα μέσον διαφερούσας ταῖς εὐδίαις κ.τ.λ.*
Pro κ' lege ιε'.

XII.

Collatis Eustathii (ad Iliad. pg. 776), Suidae et Anecdotorum Beckeri (v. *Ἀλκυονίδες ἡμέραι*) et Arsenii (Viol. v. *Ἀλκυονίτιδας ἡμέρας ἄγεις*) testimoniis apparet Pausaniam lexicographum apud Aristotelem (de An. Hist. V 8. 3) in Simonidis fragmento pro *τέσσαρα καὶ δέκα, πέντε καὶ δέκα* legisse, qua simul correctione Simonidis metrum restituitur, deinde apparet *ἐν πεντάθλοις* iam Bergkio suspectum, nihili esse.

XIII.

Auctor *περὶ ὕψους* (c. 10), Plutarchus (de Prof. in Virt. c. 10), Lucretius (l. III v. 153 sqq.), Apollonius (de Pronomine pg. 366 A) et grammaticus in Anecdotis Crameri (pg. 208. 15) Sapphus fragmentum II littera Aeolica exaratum legerunt.

Catullus (c. 51) editione aut anthologia, quae illa littera carebat, usus est.

XIV.

Ἥμισυ origine locativus fuit.

XV.

Plato, in fabula illa de Atlantide insula (Tim. pg. 24, 25), mutatis mutandis loquitur de Persarum clade, neque in Critia deficiunt loci qui orientem sapiunt.

XVI.

Plat. Hipp. Mai. pg. 290 C: De Phidia rogat Socrates: *Τοῦ οὖν ἕνεκα, φησει, οὐ καὶ τὰ μέσα τῶν ὀφθαλμῶν ἐλεφάντινα εἰργάσατο, ἀλλα λίθινα ὡς οἷόν τ' ἦν ὁμοιότητα [τοῦ λίθου τῷ ἐλέφαντι] ἐξευρών;*

Ex toto contextu non minus quam e re ipsa apparet quae uncis inclusa sint delenda esse.

XVII.

Tac. Agric. c. 15 Alterius (scil. legati) manum [centuriones], alterius (scil. procuratoris) servos vim et contumelias miscere.

Lenissima medicina est *centuriones* eiicere.

XVIII.

Arrium qui a Catullo (c. 84) rideatur, Quintum esse Arrium demonstrari potest ex Cicerone (Ep. ad. Att. I. 17 § 11 et II 5 § 2 et 7 § 3).

XIX.

Cic. Ep. ad Att. II 4 § 2: Codex Mediceus habet: Clodius ergo ut ais ad Tigranem *velim Syrpiae* conditiones sed facile patior.

Partim Lambinum, partim virum cl. Boot secutus lego: *vel in Syr(iam; o)piae* conditiones.

XX.

Cic. Ep. ad Att. II 7 § 3.... deinde alia legatio dicta erat, alia data est. Illa opima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor, Pisaurensi an epuloni *Vatinio* reservatur.

Lege: *Vatiniano.*

XXI.

Persa Plauti, ut ex versu 100 collato cum Livio (l. XXXVIII c. 42 § 1 et 11) apparet, ludis plebeis anni U. c. DLVIII docta est.

XXII.

Immerito vir cl. Boot, ad Caesaris epistulam (Cic. Ep. ad Att. l. IX 13 A § 1) Caesarem mendacii arguit.

Bis enim Caesar N. Magium cum mandatis ad Pompeium misit.

XXIII.

Foci, qui aculeos sagittarum et glandes e lapide secto celabant, annis huius seculi LII et LIII prope Hilversum reperti, Trenscotae, pagi seculo XI, XII, XIII in actis Ultraiectinis memorati, vestigia sunt.

XXIV.

Rembrandtus cum Deimanni lectionem anatomicam pingeret, dispositionem tabulae a Mantegna pictae, in qua mulieres Christum plangunt, Mediolani adservatae, cognitam habebat.

TABULA III.

III **12** , pg. 52, 87. ad gypsum ectypo chartaceo formatum. (**Huius familiae haec vix bonam praebet imaginem, nimis iam ad genus V accedit**).

III **13** , „ 51, 87. ad ectypum gypseum Musei Bonnensis.

III **13** , „ 71, „ ad imaginem plumbo delineatam.

III **14** , „ 54, 87. ad imaginem plumbo delineatam.

III **15** , „ 55, 87. ad ectypum gypseum Musei Bonnensis.

IV in genere, pg. 88. Argilla cocta Mus. Bonn. (**Hanc in textum non recepi quod aetas nimis erat incerta, praeter crines, quos alias eo ornatu non novi, optimum generis praebet exemplum**).

IV **3c**, pg. 63, 87. ad ectypum gypseum Musei Bonnensis.

VI **6f**, „ 70, 88. ad imaginem plumbo delineatam.

VI **11c'**, „ 71, „ e Stackelberg, Graeber der Hellenen tab. 70.

VII **1c**, „ 72. 88. ad nummum, pondo 6.93 gr., ceteris propius ad sequentem accedentem.

VII **1c**, „ 73, „ ad ectypum gypseum Musei Bonnensis.

VIII **4a**, „ 77, 89. ad imaginem plumbo delineatam.

1 *Besa*, „ 95. e Prisse d'Avennes II tab. ultima 9. **In summo vase e regno Sethi I.**

2 *Besa*, „ 95. e Prisse d'Avennes II. **In summo vase e regno Ramsis III.**

3 *Besa*, „ 95, e Rosellini, Mon. Civ. tab. 58. 4. **In summo vase e regno Ramsis IX.**

4 *Besa*, „ 95, e Bonomi and Arundale tab. 33. 83. **Vitrum non pellucidum** (*porcellana*). Mus. Brit.

5 *Besa*, „ 95, e Layard Mon. of Nineveh II tab. 61. B. **In patera aenea Phoenicea, caelata, lin. script.. Mus. Brit. Rep. in Assyria** (*Nimroud*). Mus. Brit.

6 *Besa*, „ 95, e Zeitsch. f. Aeg. Sprache 1881 pg. 16, **sculptum in saxo sub regno Nectanebi II. Mus.** ***Bulaq.***

7 *Besa*, „ 7, 95, e Perrot et Chipiez, Histoire de l'Art III tab. 296.

8 *Beset*, „ 96, e Deville Hist. de la Verrerie tab. 111. e. **Vitrum non pellucidum, album, nigro minio caeruleo distinctum.** Mus. Lup.

9 „ 94, e Layard, Mon. of Nineveh I 95. 3. **Silex. Rep. in tumulo** ***Nebbi Yunus*** **apud** ***Mosul.*** **Mus. Brit.**

10 *Rakshâsa* „ 95, ad imaginem plumbo delineatam. Calx.

TABULA II.

III **5a**, pg. 16, 83, ex Arch. Zeit. 1881 tab. 17. 1.

III **5c**. „ 16, „ ad imaginem plumbo delineatam.

III **5d**. „ 17. „ ad photographema ad corpus rerum fictilium pertinens.

III **6d**, „ 21. „ ad ectypum gypseum.

III **6e**. „ 21/22, 83, ad ectypum gypseum.

III **6g'**, „ 24, ad imaginem plumbo delineatam.

III **8a**. „ 29, 83, ad photographema.

III **8α**, „ 29, „ ad ectypum gypseum.

III **8a**, „ 30, „ ad imaginem plumbo delineatam.

III **8A**, „ 30, 87, ad photographema.

III **9a**. „ 31, 83, ad photographema, L. Palma di Cesnola, Ant. of Cyprus tab. 12.

III **8β**, „ 31, „ ad ectypum chartaceum.

TABULA I.

I **1a**, pg. 5, 79, e Conze, Melische Thongefässe tab. 3.

II **1a**, „ 7, 83, ad ectypum gypseum Musei Bonnensis.

III **1b**, „ 8, 83, ad imaginem ad corpus rerum fictilium antiquarum pertinentem.

III **1c**, „ 8, 81, opere chartae tralucidae.

III **1d**, „ 9 cum addendis, 97, ex Arch. Zeit. 1877 tab. 11. 1.

III **2a**, „ 9, 83, ad photographema ad corp. rer. fict. pertinens.

III **2b**, „ 9, „ opere chartae tralucidae.

III **3a**, „ 10, „ ex Arch. Zeit. 1859 tab. 125.

III **3b**, „ 10, „ opere chartae tralucidae.

III **2c**, „ 10 cum addendis, 83, e Conze, Melische Thongefässe tab. 5. 9, et Arch. Zeit. 1881 tab. 11. 3.

III **2e**, „ 10, 83, opere chartae tralucidae.

III **3e**, „ 14, „ Gerhard, Ant. Vasenbilder tab. 107.

III **3f**, „ 14, „ Nicosthenis (Klein, N. 57), opere chartae tralucidae.

III **3g**, „ 14/15, 83, Mus. Lugdun. II. 1622, opere chartae tralucidae.

III **2i**, „ 15, 83, e Lau, Gr. Vasen tab. 17. 1. b.

III **2k**, „ 15, 79, e Gerhard, Trinkschalen und Gefässen tab. 19.

l4



III 15



IV



III 13



IV 3 c





III 13



VI 11c



VI 6 k



14



III 15



IV



III 13



IV 3 c



III 13



III 12




VI 6 k



VI 11c






VII 1c
VII 1c
3
VIII 4a

